(1) Giunta d' incerto autore ai Discorsi delle famiglie nobili di monsignor Della Chiesa, pag. 262.

(2) Annotazioni alla cronaca di Gioffredo Della Chiesa, an. 1304.

il marchese di Saluzzo sovra tutto il marchesato, come il più prossimo agnato discendente in linea retta dal marchese Aleramo. Pretendeva Manfredo dover egli venir preferito a chicchessia, non ostante il testamento fatto da Giovanni, col quale, in difetto de'postumi nascituri dalla sua consorte Margherita, aveva quel marchese instituita in erede Violante sua sorella imperatrice di Costantinopoli ed i suoi figliuoli, con sostituzione a favor de' figliuoli di Alasia altra sorella, ed in mancanza di questi a favor del figliuolo di Margherita pur sua sorella, e per ultimo aveva sostituito Manfredo marchese di Saluzzo; disponendo intanto che questi, il comune di Pavia e Filippo Langosco di Lumello dovessero prendere ed avere sotto la loro protezione, difesa e governo lo stato infino alla venuta dell'erede.

Questo testamento, da Benvenuto Sangiorgio nella sua cronaca soltanto citato, fu poscia pubblicato dal teologo Irico nella storia di Trino (1); e deve essere qui inserto, come quello che per la sostituzione a favor del marchese Manfredo ordinata, viene ad appartenere alla storia Saluzzese. Egli è del seguente tenore.

Anno Domini millesimo trecentesimo quinto, indictione tertia, die lunae XVIII iànuarii, in castro Clavaxii, praesentibus testibus dominis fratre Raymundo de Castiliono, fratre Ray. de Castegnolis ordinis praedicatorum, Bonifacio de Tilio, Amadeo de Cre. iudice, Macario canonico Terdonensi, Iacobo de Castiliono, Percevallo de Trucho, Henrico Mercerio, Iacobo de Palatio, Merlo de Palatio, Philippono de Palatio, Gulielmo Fantino, Matthaeo de Castiliono, Gulielmo de

(1) Lib. I, pag. 10.

Sancto Stephano, magistro Manueli phisico (1), magistro Alberto de Pergamo phisico, magistro Alberto de Vercellis phisico, magistro Iohanne Calderario phisico, magistro Francisco Englesio phisico, Facioto de Palantia, Ruffino Gisalberto iudice, Henrico Nasso, Thoma Adzece, Rubino et Iacobo de Miralda et pluribus aliis. Dominus Iohannes illustris marchio Montisferrati aeger corpore, sanae tamen mentis et bonae dispositionis existens, nolens decedere intestatus, suum, ut infra, fecit et ordinavit testamentum nuncupativum. Primo instituit sibi haeredem universalem in marchionatu et in omnibus bonis et iuribus suis filium vel filiam, unum vel plures, posthumos et posthumas qui et quae nascentur, vel nascerentur ex illustri domina Margarita de Sabaudia uxore ipsius domini marchionis et ab ipso domino marchione. Et si aliqui posthumi vel posthumae, filii vel filiae non nascerentur, vel nati deficerent, instituit et substituit sibi haeredes dominam Violantem sororem suam imperatricem Graecorum et filios eius. Et si praedicti haeredes non erunt vel venire nollent ad haereditatem, instituit et substituit sibi haeredes filios dominae Alaxinae sororis suae quondam uxoris domini Poncelli de filiis Ursi. Et si praedicti filii dominae Alaxinae haeredes non erunt vel venire nollent ad haereditatem, instituit et substituit sibi haeredem filium dominae Margaritae sororis . . . . . quondam uxoris domini Ioannis infantis de Yspania de Castella, et si praedictus filius dominae Margaritae haeres non erit v. . . . . venerit ad haereditatem, instituit et substituit sibi haeredem *dominum Maynfredum marchionem Saluciarum*. Item ex nunc recomendavit totam terram suam et marchionatum in custodia, protectione, defensione et gubernatione communis Papie, et dicti *domini marchionis Saluciarum* et domini comitis Philipponi de Langusco comitis de Lomello,

(1) De' cinque medici, che impiegarono inutilmente le loro cure in pro del giovane marchese Giovanni Emanuello fu il più sfortunato; poichè, come narra il Sangiorgio dietro al Ventura, i suoi cortigiani credendo che egli avesse tramato alla vita del loro signore, lo uccisero a pugnalate; e vi fu chi disse che alcuni fra quelli mangiassero persino delle carni di questo malavventurato fisico. — *L'ed.*

ut eam regant, gubernent et defendant usque ad eventum haeredis. Item voluit et praecepit quod omnia male ablata per ipsum emendentur et restituantur in cognitione sanctae matris ecclesiae et distributione dictorum dominorum *marchionis Saluciarum* et comitis Philipponi praedicti; et debita sua per ipsos solvantur. Item voluit et iussit, quod dicti domini *marchio* et comes Philipponus debeant providere ut eis videbitur familiae suae, scilicet iudicibus, notariis, domicellis et aliis familiaribus suis, et inde fieri iussit unum et plura instrumenta.

Ego Facius de Ricobono notarius interfui, et hanc cartam tradidi et subscripsi.

Del Monferrato prese intanto il reggimento il marchese di Saluzzo, e come governatore di quel paese fece convocare in Trino addì 9 di marzo un generale parlamento di vassalli, comunità ed uomini del Monferrato, i quali elessero alcuni distinti signori per legati, incaricandoli di dover andare in Grecia ad annunziare all' imperatrice Violante la morte e l'ultima disposizione del marchese Giovanni suo fratello, ed a pregarla di voler venire, ovvero mandare uno o due de' suoi figliuoli a prendere il possesso di quell' eredità. Successivamente nella stessa qualità di governatore del Monferrato assegnò Manfredo alla vedova marchesana Margherita per restituzione delle di lei doti i castelli, terre e luoghi di Lanzo, Ciriè e Caselle, colla specifica convenzione che qualunque volta le venisse sborsato il denaro dotale, fosse obbligata di rimettere i suddetti castelli al futuro erede del marchese Giovanni; e ne fu scritto instrumento il giorno 14 dello stesso mese di marzo dal notaio Giacomo di Villars.

Insorsero frattanto i Vercellesi a promuovere le antiche loro pretese sovra il luogo di Trino, ma.

per queste fu fatto, di consenso del marchese di Saluzzo e dei maggiorenti del Monferrato, compromesso in Filippone di Langosco ed in Guido della Torre nel modo che veder si può dal seguente instrumento, che nelle parti più sostanziali si apporta.

Anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo quinto, indictione tertia, die vigesimo secundo mensis madii. In castro Pontis Sturae, *nobilis vir dominus Manfredus marchio Salutiarum*, gubernator marchionatus et terrae Montisferrati et haereditatis quondam illustris viri domini Ioannis marchionis Montisferrati, praesentibus..... (1) promiserunt infrascripto Francino notario publicae personae stipulanti et recipienti nomine et vice communis et hominum civitatis Vercellarum stare in arbitrio et sententia de iure proferenda per nobiles viros dominum Philipponum de Langusco comitem Palatinum de Lumello praesentem et Guidonem de la Turre absentem, arbitros electos per ipsum *dominum marchionem* de omnibus et super omnibus quaerimoniis, quaestionibus, litibus, controversiis et discordiis, quae sunt et moventur, seu esse et moveri possent modo aliquo inter dictum *dominum marchionem* nomine dicti marchionatus ex una parte, et dictum commune et homines Vercellarum ex altera, nomine et occasione loci Tridini et eius districtus iurisdictionis et pertinentiarum ipsius loci; eo modo quod liceat dictis arbitris super praedictis cognoscere, sententiare, definire summarie et de iure, quolibet tempore feriato et non feriato, partibus praesentibus et absentibus, legitime tamen citatis, quibus feriis dictus *dominus marchio* dicto nomine ex nunc sponte renunciavit, et omne et totum id, quod sententiatum et pronuntiatum fuerit de iure per dictos arbitros super praedictis, dictus *dominus marchio* nomine quo supra promisit infrascripto Francino recipienti nomine quo supra attendere et observare, et ratum et firmum omni tempore habere et

(1) Sono qui notati i nomi de'sapienti, consiglieri e vassalli del marchesato di Monferrato, e degli ambasciatori dei comuni di Trino e di Pavia.

tenere et contra non venire modo aliquo sub poena marcarum decem milia argenti, qua poeua soluta vel non, rato compromisso manente, et ratis et firmis permanentibus omnibus his et singulis quae pronunciata et sententiata fuerint per arbitros suprascriptos, quam poenam si in eam inciderit, promisit dictus *dominus marchio* dicto nomine infrascripto Francino notario stipulanti, ut supra, dare et solvere ut supra dictum est, una cum expensis omnibus quae fierent pro ipsa poena petenda, credendo de expensis sine sacramento faciendo, prout ei dixerit, et inde infrascripto Francino notario recipienti nomine quo supra, omuia bona dicti marchionatus pignori obligavit. Quod vero compromissum dictus *dominus marchio* suprascripto consensu, et suprascripto nomine voluit et ordinavit valiturum usque ad chalendas augusti proxime venturi, quem terminum dicti arbitri possint prorogare usque ad festum Paschae resurrectionis Domini, et tantum minus, quantum eis placuerit et eis melius videbitur expedire. Hoc acto et expressim dicto in praesenti compromisso in principio, medio et fine, quod omnia et singula iura tam in possessorio vel quasi, vel proprietate, quibus dictus quondam dominus Ioannes marchio Montisferrati si viveret, uti posset, tam occasione sui quam occasione praedecessorum suorum quam alia quacumque de causa, et quae eidem pertinebant et pertinere videbantur quacumque ratione vel causa, possit dictus *marchio* nomine quo supra, uti coram dictis arbitris sicut ipse dominus Ioannes marchio Montisferrati poterat et potuisset tempore vitae suae; et si contigerit sententiam non proferri super praedictis infra praedictum terminum seu terminos, quod locus Tridini sit et esse debeat in eo statu, in quo nunc est penes dictum marchionatum. Insuper Bazanellus de Alfiano iuravit in animas dictorum *domini marchionis* et vassallorum Montisferrati praedicta omnia et siugula attendere et observare et non contrafacere vel venire modo aliquo, seu causa, renuntiando omnibus probationibus et defensionibus testium contra praedicta, omni alii iuri, exceptioni, defensioni et consuetudini, legum, canonum auxilio contra haec omnia et singula, et inde dictus *dominus marchio* praedicto consensu et

nomine quo supra, hanc cartam fieri iussit. Interfuerunt Hanrigotus de Sparoga, Petrus de Nicorvo, comes Palatinus de Lomello, domini Bonifacius de Salutio, Georgius de Salutio fratres, Iacomus de Cerexolis prior ordinis hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani in Lombardia, Ioannes de Loazanis, Obertus Legolus iudex et Raymundus de Bertramengis iudex et plures alii inde testes.

Ego Francinus de Oltrana notarius publicus hanc cartam mihi fieri iussam scripsi (1).

Sin qui ebbe parte, ed intervenne il marchese di Saluzzo nel componimento delle accennate differenze, la di cui discussione può vedersi presso l'accuratissimo istorico di Trino teologo Irico nel suo libro secondo. Intanto si osservi che le sottoscrizioni al preriferito compromesso ci fanno vedere nel Monferrato, ed al seguito del marchese Manfredo, i due di lui fratelli Bonifacio e Giorgio, onde pare verisimile che non avessero per anco a quest' epoca abbracciato lo stato ecclesiastico, se in affari temporali tuttora s' intrigavano.

Mentre in tal modo diportavasi il marchese Manfredo nella sua qualità di governatore del Monferrato, aspirando altronde alla padronanza di quel paese, meditava i mezzi di assicurarsene l'assoluto dominio; epperciò per non aver a' suoi disegni contrario il conte di Savoia, il quale, come si disse, manifestava pure pretensioni su quello stato, risolvè di fargli rimessione di tutti i suoi castelli e terre, ed insieme d'ogni ragione che spettar gli potesse non tanto nel marchesato di Saluzzo che in quello di Monferrato, alla condizione di riconoscerli ambi da esso conte e

(1) *Historia Tridinensis*, lib. 2, pag. 107.

di prenderne l'investitura; pel qual fine creò in suo procuratore speciale Francesco de Suavis. Questa notizia noi l'abbiamo dal sommario dei diritti del duca di Savoia sulla marca di Saluzzo, nel quale leggesi il seguente istrumento in data del 3 di agosto.

Manfredus marchio Salutiarum constituit specialem procuratorem egregium virum Franciscum de Suavis ad contrahendum cum d. Amedeo comite Sabaudie, ac transigendum et componendum et specialiter ad donandum et remittendum eidem comiti et suis omnia eius castra, villas, loca, dominia, iurisdictiones, mera, mixta imperia, homagia, fidelitates et quevis bona et iura ipsius marchionis que habent et sibi spectant et pertinent spectareque et pertinere possunt et debent in toto marchionatu Salutiarum et marchionatu Montisferrati ac in tota Italia, que et qualia sint, sive allodialia sive feudalia, pro ipsoque marchione investituras decenter a dicto d. comite Sabaudie petendum, supplicandum et obtinendum de donandis et remittendis prout melius eidem procuratori videbitur etc. (1).

Intanto reggeva Manfredo i due marchesati, e comandava non tanto ai sudditi dell'uno che dell'altro, come appunto veggiamo dalle seguenti lettere di salvaguardia, in data del 5 suddetto agosto, accordate al monastero di Casanova.

Quod dominus Manfredus marchio Salutiarum dedit venerabili abbati Casanove, domibus et grangiis suis, nec non universis et singulis monachis et conversis et familiaribus, masuenghis, nuntiis et servitoribus eorumque laboratoribus,

(1) *Et latius ut constat instrumento recepto et signato per Raimondum Iafredum notarium publicum, anno praedicto 1305, die tertia mensis augusti.* — Così nel libro stampato intitolato: *Summarium iurium seren. ducis Sabaudiae super marchia Salutiarum extractum a publicis et authenticis documentis.* Docum. 2.

messoribus, et generaliter omnibus eorum operatoribus cuiuscumque conditionis existant, plenam fidentiam (1) et securam in personis et rebus, stando, eundo et redeundo et negotia dicte domus faciendo, unde dedit in mandatis quibuscumque suis subditis marchionatus *Saluciarum et Montisferrati*, quatenus abstineant ab omni offensione eorundem sub pena quinquaginta librarum Viannensium et indignatione ipsius domini, et voluit describi omnes servitores et promisit non revocare, dum tamen abstineant ab offendendo sibi in marchionatu Salutiarum et Montisferrati (2).

In questi torbidi tempi cercavano i monasteri di munirsi di opportune salvaguardie per andar esenti da' disastri che seco traggono le guerre; e per tale oggetto veggiamo pur anco che al marchese nostro ricorsero le monache di Poliola, alle quali, in assenza del padre, accordò il figlio Federigo piena assicuranza per le loro persone e per le cose loro. Furono date le lettere da Saluzzo nel dì 7 dello stesso mese di agosto in presenza di Nicolino Braida e di Francesco Torcello.

Anno Dni MCCCV, indictione III, die VII augusti, in Salutiis, presente Nicolino de Braida et Francisco Torcello, illustris vir d. Federicus de Saluciis, dni Manfredi marchionis Saluciarum filius, affidavit monasterium Poliolei per se et districtuales in personis et masnenghis, bestiis et rebus omnibus. Et ego Wilielmus Lambertus notarius etc. (3).

Affidato il marchese Manfredo a quelle ragioni che credeva a lui competere per la successione al marchesato di Monferrato, e favorito ne' suoi

(1) Salvaguardia. Ducange in v. *Fidantia*.

(2) Estratto da instrumento di confermazione allo stesso monistero del 23 gennaio 1437.

(3) Dagli archivi del monistero di Carassone in Mondovì.

disegni dalla parte Ghibellina, occupate già aveva senza molto contrasto le terre di Chivasso, Moncalvo, Lu, Vignale, Pontestura ed alcuni altri luoghi di quello stato, acquisti questi che si potrebbero forse sostenere in qualche modo per legittimamente fatti, quando si accertasse ciò che da alcuni si asserisce, cioè a dire che in quest' epoca fosse stato il nostro marchese investito da Alberto re de' Romani del marchesato di Monferrato (1): ma, comunque ciò sia, mentre di queste terre s' impadroniva Manfredo, altrove a di lui danni si macchinava.

Carlo II re di Napoli bramoso di ricuperar quelle terre in Piemonte che già erano state possedute dal di lui padre Carlo I, e che in seguito ai vespri Siciliani si erano o rimesse in libertà, o sottomesse ai principi vicini, o da questi prese ed occupate, mandato aveva già fin dal precedente mese di marzo il conte Raimondo Berengario suo figliuolo, ed il siniscalco Rinaldo da Leto o de Lecho, o de Lerco come alcuni vogliono, Pugliese, con cento uomini d'arme ed altrettanti balestrieri, ai quali poi si aggiunse buon numero di soldati Provenzali.

Cogliendo il siniscalco l' opportunità della lontananza del marchese di Saluzzo tutto intento agli affari di Monferrato, ed avuti in suo aiuto gli Astigiani, si avviò colla sua armata verso la valle di Stura, nella quale potè facilmente entrare. Vedendo allora Manfredo in quale imbarazzo ei si ritrovava,

(1) *Consilia etc. super statum Montisferrati. Consilium magnifici et excell. d. Mariani Socini*, pag. 76, n.° 8. *Consilium excell. d. Petripauli Parisii*, pag. 134, n.° 123.

sollecitò la dedizione de' suoi stati al conte Amedeo di Savoia per disporlo a moversi in suo soccorso, e, spedito per ambasciatore Pietro di Sangiorgio conte di Biandrate, questi unitamente al già nominato proccuratore de Suavis fecegli ampia cessione, per instrumento del 27 del detto mese di agosto ricevuto dal notaio Pietro Veyllet di Ciamberì, dei castelli e territorii di Saluzzo, Revello, Carmagnola, Racconiggi, Polonghera, Fossano, Cervignasco, Lagnasco, Cavallerleone, Monasterolo, Ruffia, Casalgrasso e Caramagna, e generalmente d'ogni altro castello, villa e luogo de' marchesati di Saluzzo e di Monferrato, riportandone successivamente, non tanto a nome del marchese Manfredo che di Federigo di lui figlio, investitura dal conte Amedeo; a cui nel tempo stesso fu giurata fedeltà (1). Nel già citato sommario dei diritti del duca di Savoia sopra la marca di Saluzzo leggesi questo instrumento compendiato nella seguente forma (2).

Eodem anno procurator predictus Franciscus de Suavis virtute dicte procure et in executionem eiusdem, una etiam cum eo nobilis vir d. Petrus de Sancto Georgio comes de Blandrate nuncius et ambasciator dicti d. Manfredi marchionis Salutiarum, in presentia iudicis pro tribunali sedentis plene instructi ut in instrumento asseritur, pro infrascriptis insinuandis apud acta eiusdem iudicis et coram ipso d. iudice solemniter adimplendis; facta solemni insinuatione et in scriptis recitatione omnium infrascriptorum coram dicto iudice prelibato, adimpletisque omnibus solemnitatibus ad infrascripta firmius facienda utilibus et necessariis, fecerunt vice et nomine prefati d. marchionis et vice et nomine Federici de Salutiis

(1) *D. Octaviani Cacherani etc. respons.* lib. 2, cons. XIX, n.° 23.
(2) *Summarium iurium etc.*, docum. 3.

ipsius marchionis primogeniti et cuiuslibet ipsorum marchionis et filii d. d. Amedeo comiti pro se suisque heredibus et successoribus recipienti donationem solemniter ut supra, insinuatam, puram, meram et irrevocabilem ad presens et inter vivos de castris, locis et villis ibidem particulariter descriptis, videlicet de castro et villa Salutiarum, castro et villa Revelli, castro et villa Raconisii et Carmagnoliarum, et generaliter dederunt et donaverunt omnia alia castra, villas et loca marchionatus Salutiarum et Montisferrati, et quidquid idem marchio habebat in Italia, cum clausulis in ampla forma. Qua donatione facta, idem Amedeus comes dedit, concessit et tradidit dictis procuratoribus presentibus, et recipientibus vice et nomine dicti d. marchionis et suorum, dictas terras, villas et castra in fendum et nomine feudi antiqui, aviti et paterni et eosdem investivit nomine dicti d. marchionis de dictis locis, castris et villis donatis existentibus in dicto marchionatu Salutiarum et Montisferrati, qui quidem procuratores nomine eiusdem d. marchionis iurarunt fidelitatem etc. et latius ut in instrumento publico recepto et signato per Petrum Veyllet notarium anno predicto 1305, 6 kalendas septembris.

Checchè si possa pensare di questa volontaria larghissima donazione, colla quale Manfredo avrebbe ceduto, non che il suo marchesato, ma un'ampia e ricca signoria, che ancor non gli apparteneva, per la semplice lontana speranza d'un qualche soccorso dal conte Amedeo, il fatto certo si è che il conte non si mosse, e che il regio siniscalco, felicemente proseguendo le sue imprese a danno del marchese di Saluzzo, s'impadronì non solo della valle di Stura, ma ancora di Cuneo, di Caraglio, di Busca e Fossano. Tali guerresche fazioni del siniscalco si condussero a termine prima del finir di settembre del presente anno 1305 (1).

(1) V. Durandi, *Delle città di Pedona* ecc., pag. 39.

Con tutto ciò non desistette il marchese nostro dalle sue pretese sul Monferrato; che anzi que' documenti che a quest' epoca abbiamo ci instruiscono che egli non solo di Saluzzo s' intitolava marchese, ma altresì di Monferrato, come vedesi dall' investitura che addì 9 dicembre concedè, stando nella terra di Moncalvo, ad Antonio di Monteu conte di Biandrate, suo intimo consigliere e parziale, come pure lo erano Guglielmo e Giorgio della stessa famiglia, per il castello e villa di Caramagna; giurisdizione che venduta avevagli per quattro mila fiorini d'oro, onde far denaro per sostener le guerre del Monferrato. Ecco il tenore di quell' investitura.

Anno Domini MCCCV, indictione IV et die nona mensis decembris. In castro Montiscalvi, presentibus d. Petro de Sancto Georgio comite de Blandrate, d. Henrico de Verduno iudice et Conrado de Gorzano testibus iis adhibitis et vocatis, illustris vir d. Manfredus marchio *Montisferrati et Salutiarum* attendens et considerans grata servitia sibi et suis predecessoribus hinc retro exhibita a d. Antonio de Monteacuto comite de Blandrate et suis predecessoribus et que in futurum ab ipso et filiis et successoribus eius sibi impertiri spectat, per se et suos heredes dedit et concessit et cum spata (1), quam in manu tenebat, in nobili et gentili feudo, antiquo et paterno et natura nobilis et antiqui et paterni feudi investivit supradictum Antonium de Monteacuto comitem de Blandrate recipientem suo nomine et nomine heredum suorum in masculis et feminis ab ipso legitime descendentibus, de castro et villa et hominibus Caramanie loci confinantis cum Carmagnolia, cum Raconixio, cum Cabalario majore et Summaripa de Bosco, mero et mixto imperio ac plenissima segnoria, aquatico, pasquatico, venatione, piscatione, furnis

(1) Spada, Ducange *in v. Spatha.*

et molendinis, iure patronatus, fictis, sive censibus et redditibus, bannis et fodris, penis et multis, rodiis, pedagiis, successionibus et acconzamentis sive quibuscumque aliis iuribus in dicto castro et villa et posse et hominibus Caramanie ad ipsum marchionem quacumque ratione vel causa spectantibus; et cum omnibus domibus, terris, nemoribus, pratis, gerbis et altenis (1) et aliis possessionibus quibuscumque ad dictum marchionem spectantibus in dicto loco vel posse quacumque ratione vel causa et que et quas dictus d. marchio teneret et possideret vel visus esset tenere et possidere, ac etiam omnia que predictus dominus et heredes sui in dicto loco et posse iusto titulo potuerint aquirere in futurum. Promittendo dictus marchio pro se et suis heredibus predicto d. Antonio dictam investituram et concessionem sive dationem in feudum firmam habere et tenere in perpetuo et illam non revocare vel contra illam venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto per se vel submissam personam sub obligatione omnium bonorum suorum. Dando et concedendo dictus d. marchio pro se et suis heredibus prefato d. Antonio plenam auctoritatem et bailiam, quod de dicto castro et villa et hominibus et iuribus supradictis dictus d. Antonius et sui heredes possint facere quidquid voluerint a modo in antea ad eius liberam voluntatem sine contradictione prefati d. marchionis suorumque heredum, secundum tamen usus et consuetudines feudorum, et secundum quod nobiles et fideles vassalli de nobili et gentili, antiquo et paterno feudo facere debent et possent. Promittendo dictus d. marchio dicto d. Antonio dictum castrum et villam et homines cum supradictis iuribus defendere et varire ab omni homine vel persona, universitate vel collegio personarum, et facere et curare bona fide et cum effectu, quod homines qui nunc habitant in dicto loco Caramanie vel in futurum habitabunt et vassalli, si qui sunt, sive nobiles, ipsi d. Antonio et eius heredibus homagium et fidelitatem facient et ei obedient in omnibus in quibus ipsi d. marchioni obedire tenebantur et ipsum d. Antonium et

(1) Terreni di pianura coltivati a viti, vigne al piano.

eius heredes suo posse ad predicta habenda fortes tenebit et eis in omnibus dabit et prestabit ad dictum castrum, villam et homines et iura supradicta tenendum et possidendum suum consilium et iuvamen, sicut bonus dominus et fidelis suo bono vassallo facere tenetur, sub obligatione omnium bonorum suorum, damnorum, expensarum et interesse litis et extra restitutione. Constituendo se dictus d. marchio per se et suos heredes nomine predicti et eius heredum legitime ab illius corpore descendentium tenere et possidere vel quasi dictum castrum et villam et homines et iura omnia supradicta et quecumque alia quocumque nomine censeantur, quousque de illis corporalem vel quasi acceperint possessionem, quam accipere possit quandocumque voluerit et captam detinere eius auctoritate sine pena et damno et sine auctoritate alicuius presidis vel rectoris. Constituendo memoratus d. marchio predictum d. Antonium procuratorem tamquam in rem suam de predictis iuribus, castro, villa et hominibus loci Caramanie cum possessionibus et pertinentiis, ita quod possit uti eisdem iuribus et actionibus utilibus et defensionibus sive exceptionibus, quibus d. dominus marchio uti poterat ante concessionem et investituram presentem. Confitendo predictus d. marchio se habuisse et etiam recepisse a predicto d. Antonio florenos quatuor milia auri puri et fini et de Florentia iustique ponderis et de lia (1) Florentie, renunciando exceptioni non recepte, non habite et non numerate dicte pecunie quantitatis, sive florenorum predictorum, et quod non possit dicere se fore deceptum in dicta investitura sive concessione feudi ultra dimidiam valoris dicti castri et ville et iurium supradictorum. Faciendo de valimento pluris (2) ex certa scientia prefato d. Antonio propter servitia supradicta sibi et suis atque supradictis personis exhibita puram et meram et irrevocabilem donationem ad presens inter vivos, renunciando legi dicenti donationem factam ultra quingentos aureos sine insinuatione non valere et exceptioni doli mali et in factum,

(1) Lega, qualità de' metalli di che si fan le monete.
(2) Maggior valore.

condictioni sine causa vel ex iniusta causa, sive causa data causa non secuta, legi dicenti feudum pecunia aquiri non posse et omni privilegio et rescripto concesso vel concedendo et omni alii iuri canonico et civili, per quod possit dictam investituram sive concessionem feudi in aliquo revocare, remittendo dictus d. marchio predicto d. Antonio omnem necessitatem denunciandi et appellandi. Qua investitura facta, dictus d. Antonius dicto d. marchioni presenti et pro se et suis heredibus recipienti ad s. Dei evangelia fidelitatem fecit et iuravit corporaliter in hac forma, quod ab hodie in autea erit fidelis ipsi d. marchioni et eius heredibus perpetuo et nunquam scienter erit in auxilio, consilio vel favore, per quod ipse vel eius filii vel heredes amittant vitam, membrum vel aliquam in persona recipiant lesionem, iniuriam vel contumeliam vel honorem amittat, quem nunc habet vel in futurum habebit, et omnia et singula faciet et observabit ipsi d. marchioni et suis heredibus que in veteri et nova fidelitatis forma continentur et que bonus et fidelis vassallus suo bono domino et fideli facere tenetur, et promisit dictus d. Antonius iam dicto marchioni servire, quandocumque opus habebit, de persona sua cum uno equo cum armis et ronzeno uno secundum mores et consuetudines nobilium marchionatus Montisferrati et Saluttiarum. Preterea Federicus filius prefati d. marchionis predictis omnibus interfuit et precepto et voluntate predicti d. marchionis patris sui consensit et illa in omnibus et per omnia approbavit et ratificavit, sicut melius de iure potuit et de predictis iussa sunt mihi et Thome Ponterio fieri et refeci duo vel plura publica instrumenta unius tenoris consilio sapientis.

Et ego magister Gulielmus Meynerdus imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui et hoc instrumentum sic scripsi et de mandato dicti d. marchionis ipsum d. Antonio tradidi (1).

Circa questi tempi il marchese di Saluzzo ed i fuorusciti Astigiani continuavano la guerra contro il comune d'Asti: i cronisti di quella città narrano varie

(1) Comunicatomi dal preposto Meyranesio.

scorrerie del nostro marchese a danno del territorio Astese, e segnatamente la presa e distruzione del nuovo villaggio di Mortiola, nella qual fazione restò ucciso un loro capitano, Oddone di Castellinaldo, e prigione del marchese un Giacomo Beccaria, il quale fu poi tradotto nelle carceri di Moncalvo (1).

Non avendo, come già dicemmo, il marchese Manfredo ricevuto alcun sussidio dal conte Amedeo, e temendo fondatamente, per la vicinanza dell'armata del re Carlo, che nuove imprese fossero per tentarsi a di lui pregiudizio, pensò prudentemente di trattar d'accordo col siniscalco Rinaldo. Per un tal fine inviatigli due suoi nunzi, Corrado di Gorzano e Francesco de Suavis, col mezzo di questi promise che avrebbe egli ceduto al re Carlo tutte le ragioni sue sopra il Monferrato, Cuneo, Fossano e Busca, a condizione che del marchesato di Monferrato e degli accennati luoghi, come sì anche della valle di Stura e di Caraglio lo investisse, obbligandosi Manfredo il tutto da lui riconoscere. Tale offerta accettata dal regio siniscalco ne furono scritte le condizioni dal notaio Lancio di Capua in pubblico instrumento del dì 7 di febbraio
1306. dell'anno 1306; e Manfredo fece allora espressa ricognizione del Monferrato al re e gli cedette soprappiù Nizza e Castagnole, terre del medesimo marchesato (2).

Arrivati intanto gli ambasciatori di Monferrato a Costantinopoli, ed ottenuto dall' Imperador de' Greci

(1) V. *Storia d'Asti* dell'avvocato Serafino Grassi, tom. I, pag. 234 a 239. — *L'edit.*

(2) Cronaca di Benvenuto Sangiorgio, pag. 90 e 91.

Andrònico Comneno, e dalla imperatrice Violante di lui moglie, di aver in signore il principe Teodoro loro figliuolo secondogenito, questi partitosi alla volta d'Italia approdò felicemente in Genova, dove sentì che la maggior parte degli stati, de' quali veniva al possesso, trovavasi occupata dal marchese di Saluzzo e dai fuorusciti d'Asti. Si prevalse di quest'occasione Opicino od Obizzino Spinola da Lucolo, uno de' capitani di Genova, per proporgli in moglie Argentina sua figliuola; al che condiscese Teodoro per isperanza di essere assistito dal potente suocero. Si celebrarono le nozze nel settembre di quest' anno: lo che fatto, venne Teodoro a Casale, dove fu accolto con festa da quel popolo e dalle altre terre del Monferrato che si erano conservate fedeli.

Poco stette fermo in Casale il principe Teodoro, perchè premendogli di ricuperar le terre dal marchese di Saluzzo tenute, messe insieme alcune forze, escì prontamente in campo. Le prime sue mosse furono contro il luogo di Pontestura che in breve ridusse alla sua obbedienza, ed indi, fatta lega cogli Astigiani che avevano in quel tempo per loro capitano Filippo di Savoia principe d'Acaia, si pose così in istato di racquistar l'intiero Monferrato. Dispiacque però tale confederazione al principe Filippo, il quale aspirava alla signoria d'Asti, e fu cagione questa che, voltosi egli dal canto del re Carlo, si desse poi a favorire i fuorusciti d'Asti, guerreggiando unito coi Provenzali contro al marchese Teodoro.

Dopo la contratta alleanza cogli Astigiani passò il marchese di Monferrato all'assedio di Moncalvo, dove fortificato trovavasi Federigo figliuolo del nostro

marchese coi fuorusciti d'Asti; ma non potè per allora espugnare quel castello, perchè fu costretto ad abbandonarne l'assedio allo arrivar del principe di Acaia in quelle parti (1).

Venne a morte nel dì 19 novembre di quest'anno Beatrice di Sicilia moglie del nostro marchese Manfredo, e noi ne accertiamo il segnato giorno col mezzo del rituale del monastero di Revello, nel quale leggesi annotato: 19 *novembris anniversarium d. Beatricis filiae quondam d. Manfredi regis Ceciliae et uxoris d. Manfredi primogeniti d. Thomae marchionis Saluciarum, quae huic monasterio quingentas untias* (2) *in suo testamento legavit.*

Molto non tardò a rimaritarsi il marchese Manfredo,
1307. e nell'anno 1307 sposò in seconde nozze Isabella figliuola di Bernabò Doria, altro capitano e governatore di Genova, ed emolo di Obizzino Spinola suocero del marchese di Monferrato: questo matrimonio anch'egli contrasse probabilmente per venire afforzato dalla potenza di Bernabò e degli aderenti di lui. La dote a questa sposa costituita fu di lire cinque mila di Genova, come appare da quitanza che pel fattogli pagamento passò indi il marchese Manfredo (3).

Non ostante che il principe d'Acaia si fosse dichiarato del partito di Carlo e che non dovesse perciò offendere chi parteggiava per quel re, tuttavia, siccome in questi troppo pericolosi tempi cercava ciascuno di far più l'utile suo proprio che di sostenere l'interesse

(1) Cronaca di Gioffredo Della Chiesa, pag. 117.
(2) Moneta d'oro in corso nei regni di Sicilia e di Napoli.
(3) *Recueil des actes etc.*, an. 1307, 17 luglio.

comune, così non è a meravigliare se quel principe, noto per politica accortezza, si volgesse a' danni del nostro marchese. Si lagnò Manfredo col re Carlo, a cui espose che il principe d'Acaia unito coi Cheriesi facevagli ostinata guerra, e minacciava di usurpargli alcune terre; al che volendo il re provvedere, con un suo ordine dato da Marsiglia il dì 11 di marzo per mano di Bartolommeo da Capua, cavaliere e luogotenente regio, comandò agli uomini d'Alba suoi sudditi di dover prestar aiuti e difendere il marchese di Saluzzo ad ogni cenno del suo siniscalco in Piemonte (che era tuttora Rinaldo de Leto), o dello stesso marchese (1). In seguito a questo nuovo attestato di protezione disponendosi Manfredo a ratificar la cessione che già nell' anno precedente aveva fatta al re del marchesato di Monferrato, noi troviamo che il re Carlo spedì ad un tale oggetto instrumento di procura nel dì 16 di aprile al predetto suo siniscalco, a Giovanni Labassot, giudice maggiore di Forcalquiero, ed a Pietro priore di San Genesio (2), in mano de' quali ratificò Manfredo nel dì 6 del seguente mese di maggio la cessione delle ragioni sue sopra il Monferrato, e la donazione di Fossano, dichiarando nell' instrumento che ciò fa di suo buon volere, colla speranza che il re lo debba compensare di sufficiente correspettivo nella contea di Provenza (3).

Fu scritto questo instrumento nel castello inferiore di Busca, donde in quel giorno medesimo indirizzò

(1) Cronica di Gioffredo Della Chiesa, pag. 118.
(2) *Recueil des actes etc.*, an. 1307.
(3) Cronica di Gioffredo, pag. 118. — *Recucil etc.*, an. 1307.

il marchese Manfredo al re Carlo la seguente supplica conservataci dal Della Chiesa.

« Conciossiachè sia seguita convenzione con il re
» Carlo et il fu conte Raimondo Berengario di lui
» figliuolo, ossia con Rinaldo da Lecco, cavaliere
» e senescallo di Piemonte, da una parte, et il
» marchese Manfredo di Saluzzo dall'altra, e che fra gli
» altri patti siasi inteso e conchiuso che si dovesse
» restituir Cuneo al detto re, e tutte le altre terre
» che altre volte erano state d'esso re: espone che
» il predetto Rinaldo oltre alle succennate terre
» pretende di averne molte, quali non sono com-
» prese nella convenzione, perchè mai furono del
» dominio d'esso re, nè di suo padre Carlo d'An-
» giò, benchè per alcun tempo da questo usurpate
» e tenute; onde supplica ordinare che se gli debba
» far la restituzione di quelle terre, quali sono le
» infrascritte: Boves, Brusaporcello, Roccavione,
» Vernante, Rubillante, Limone, Quaranta, Ga-
» raglio, Montemale, Valgrana, Monterosso, Prad-
» leves, Castelmagno, vassallaggio e diretto domi-
» nio di Busca, la fedeltà di Centallo, di Demonte
» e di tutte le ville e castelli della valle Sturana,
» Bernezzo, Vignol, Cervasca, Roccasparviera e
» Manta; le quali cose intende esso marchese di
» tenerle in feudo da sua maestà; o se pure vo-
» lesse dargli condecente cambio in Provenza, sarà
» esso marchese contento di accettarlo. Supplica
» inoltre che gli sia dato egual compenso per il luogo
» di Fossano, che gli sia fatta retribuzione delle
» ragioni di Monferrato et anche di Moncalvo,

» Vignale e Lu, quai luoghi ha messo nelle di lui
» mani; e ciò tutto a seconda delle fatte promesse (1)».

Dalla enumerazione delle terre suddette si comprende che a quest'epoca il marchese di Saluzzo estendeva il suo dominio, verso il mezzogiorno, sino al colle di Tenda, ai confini del contado di Nizza, e verso ponente, sino ai confini della Provenza, restandogli dalle altre parti il così detto feudo antico, ossia il paese del marchesato proprio e primitivo di Saluzzo. Si viene nel tempo stesso a conoscere quanto siasi, dopo la primiera sua erezione in persona di Manfredo I, andato ampliando questo marchesato.

Dal tenore poi della riferita supplica si scorge evidentemente che della propria autorità abusava il siniscalco regio in Piemonte, ma che pur era forza al nostro marchese di cedere alle circostanze del tempo, ed all'impero di quella legge che per troppa sua ambizione e per soverchia brama di dilatare lo stato erasi da sè stesso dettata, in sottomettendosi a chi era di lui più forte. In tale malagevole posizione, Manfredo si trovò astretto di spedire Nicolò di Costigliole ed il suo fratello naturale Mulazzano de' Saluzzi, ambi procuratori suoi constituiti con instrumento del 13 maggio, a rimettere il possesso di Fossano e del suo castello a Rostagno de' Maironi procuratore del re; al quale fu poi giurata fedeltà a nome de' Fossanesi da Emanuele di Alessandria (2). Ed ecco così perduto pel marchese Manfredo uno

(1) Cronica di Gioffredo, pag. 118.
(2) Vita e miracoli di san Giovenale patrono di Fossano descritti dal canonico Giovanni Negro, lib. 3, cap. 6.

de' migliori e de' più importanti luoghi che ritenesse in suo potere.

L' instrumento di procura che qui avanti accennammo è il seguente.

Anno Domini MCCCVII, indictione V, die XIII mensis maii, illustrissimus et magnificus vir dominus Manfredus marchio Salutiarum fecit etc. Nicolaum de Costigliolis et Mulazanum de Salutiis suos fideles ibidem presentes procuratores ad expediendam et dandam possessionem castri, loci, terrae, seu burgi Fossani, munitionis et fortaliciarum dicti loci etc. domino Rostagno de Maironis procuratori serenissimi principis domini Caroli Dei gratia Hierusalem et Siciliae regis etc. et ad expediendum dicto procuratorio nomine dictum locum, terram et fortalicia Fossani et quodlibet praedictorum nomine ipsius dicti marchionis iam dicto procuratorio nomine serenissimi regis etc., et alia faciendi quae in transferenda possessione fuerint facienda; promittendo dictus marchio procuratoribus praedictis se ratum et firmum habiturum quidquid fuerit gestum etc; dando cuilibet ipsorum sufficiens mandatum etc. Actum fuit Salutiis in domo Vilielmi Lombardi, praesente d. Bertoloto priore Pagni et d. Francisco de Monasteriolo testibus etc. Et ego Gulielmus Laurentius de Caramagnolia notarius interfui etc. (1).

Mentre queste cose si facevano, Teodoro marchese di Monferrato andava racquistando il suo stato, e già impadronitosi delle terre di Lu e Vignale, tenute a nome del marchese di Saluzzo, fecesi da quegli abitanti giurar fedeltà ne' giorni 10 e 12 del mese di giugno (2). Ma Rinaldo de Leto, unito con Filippo di Savoia e Giorgio marchese di Ceva, uscì in campo nel mese di agosto contro di lui, e

(1) *Monum. Aquens.*, par. 2, col. 452, n.° 205.
(2) Cronaca di Benvenuto Sangiorgio, pag. 94.

totalmente sbaragliò i Monferrini, facendo prigioniero Filippone conte di Langosco signor di Pavia, cognato di Teodoro, il quale, inviato in Marsiglia al re Carlo, ebbe per carcere un castello della Provenza, di dove poi escì dopo sei mesi per mediazione del suocero Obizzino Spinola, che promise al re il soccorso di cento galee Genovesi per ricuperare il regno di Sicilia. In questo modo cessarono in Piemonte i torbidi di guerra; poichè determinatosi appunto il re Carlo di passar al racquisto di quel regno, per conservarsi l'amicizia di Filippo principe d'Acaia, eresse in di lui favore in principato il contado d'Alba nell'Abruzzo con patenti dell'ultimo giorno di gennaio dell'anno 1308 (1), avendo- 1308.
gli dippiù nel seguente febbraio fatta donazione di alcune altre terre nel regno di Napoli. Procurò ancora il re Carlo che tra lo stesso principe e Manfredo marchese di Saluzzo si facesse una tregua, onde così al suo partire restasse tranquillo il Piemonte. A questo fine cooperò parimente Amedeo conte di Savoia, il quale nel giorno 17 maggio diede investitura a Manfredo pe' luoghi di Busca, Fontanili e Buonavalle (2); e coll'opera di tali mediatori fu infatti nel dì 20 dello stesso mese di maggio la tregua accettata e conchiusa sotto l' arbitrato di Odoardo primogenito del conte Amedeo suddetto, di Robaldo di Rivalba e di Ruffino di Braida: e si stabilì che avesse a durare sino alla festa di tutti i santi. Furono in essa compresi per parte del principe di Acaia

(1) Guichenon, tom. IV, par. 1, pag. 104.
(2) Indice Montagnini, an. 1308.

gli abitanti di Chieri, il conte di San Martino, e i suoi vassalli, ed alcuni cittadini d'Asti, e per quella del marchese Manfredo lo stesso re Carlo, i suoi sudditi o famigliari, Pietro di Sangiorgio conte di Biandrate, suoi fratelli e sudditi, Arrigo del Carretto marchese di Savona, Giovanni Saluzzo fratello di Manfredo, Manfredo e Guglielmo Isnardi de' Castelli, e gli abitanti di Sommariva di Perno, di Sommariva del Bosco e di Sanfrè (1).

Nel dì 28 agosto di quest'anno spedita vedesi procura dall'abbate e religiosi del monistero di san Giacomo di Vallombrosa (diocesi d'Asti) a frate Tommaso di Quargnento per dare al marchese di Saluzzo tutti i beni e poderi che il monistero possedeva in Polonghera, e per riceverne altri in cambio dal marchese (2): non sappiamo se abbia avuto effetto questa permuta.

Cercò dopo questi fatti il marchese Manfredo di essere investito, come già ottenuto avevano i di lui antecessori, dai vescovi di Torino delle decime dei novali per le terre del marchesato esistenti nella diocesi di Torino; e, promosse le sue instanze presso il vescovo Tedisio, ne riportò nel dì 18 novembre la ricercata investitura che è la seguente.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo tricentesimo octavo, indictione sexta, die decima octava mensis novembris, presentibus testibus et me notario infrascriptis, postulante illustri viro dno Maynfredo marchione Salutiarum a reverendo patre dno Thedisio Dei gratia episcopo

(1) Cronica di Gioffredo, pag. 120. — Lodovico Della Chiesa *Istorie di Piemonte*, lib. 2, pag. 84. — Guichenon, tom. I, pag. 318.
(2) Indice Montagnini, an. 1308.

Taurinensi se investiri de novaliis et fructibus novalium terre ipsius dni marchionis, quam nunc tenet et imposterum tenebat in diocesi Taurinensi, de quibus ipse et antecessores sui per predecessores ipsius dni episcopi investiti fuerunt, et se offerente parato fidelitatem de predictis ipsi dno episcopo exhibere. Idem dnus episcopus, audita petitione ipsius dni marchionis, eamque reputans consentaneam rationi, ipsum dnum marchionem presentem et recipientem de novaliis et fructibus novalium terre ipsius dni marchionis quam nunc tenet et alterius, quam imposterum tenuit in diocesi Taurinensi, de illis videlicet de quibus ipse dnus marchio et eius antecessores per predecessores eiusdem dni episcopi investiti fuerunt, per suum annulum presentialiter investivit, expresso ibidem, quod ipse dnus marchio de decimis seu novaliis per ipsum aquisitis in Bargiis a Fulchino, Merlino et Iacobo de Engannis fratribus de Bargiis, fictum quod prestabant ipsi fratres pro ipsis decimis seu novaliis eidem dno episcopo solvere teneantur. Qui dnus marchio ad sancta Dei evangelia corporaliter tacta iuravit, quod predicto dno episcopo suisque successoribus catolicis et ecclesie Taurinensi fidelis erit, bona et iura eorum pro posse salvabit, non erit in tractatu, *ubi ipse dnus episcopus vitam perdat aut membrum*, aut ubi dampnum tractetur eiusdem; quod quidem si sciverit eidem dno episcopo quanto citius poterit manifestare curabit, et alia faciet et servabit que in iuramento fidelitatis plenius continentur, de quibus mihi notario iussum est fieri publicum instrumentum. Actum est hoc in Scarnafixio in domo ecclesie dicti loci: interfuerunt testes ad hoc vocati et rogati dnus Arduinus de Caliano cantor Cariensis, dnus Gullielmus Vicinus plebanus Saviliani, dnus Iohannes de Fontanis plebanus Monete de Carmagnolia, Franciscus de Monastarolio, Fulchinus, Merlinus et Iacobus de Engannis de Bargiis.

Et ego Franciscus Barracus civis Taurini notarius publicus et scriba dicti dni episcopi hiis interfui et hanc cartam scripsi (1).

(1) Da autentico registro della curia vescovile di Saluzzo.

Dopo la tregua che dicemmo tra il principe d'Acaia ed il nostro Manfredo conchiusa, a comporre rimanevano certe loro differenze a cagione del dominio che sovra alcune terre l'uno e l'altro pretendeva; fra queste comprendevansi i luoghi di Casalgrasso e di Castagnole, del primo de' quali i signori di Santa Vittoria prendevano investitura dai marchesi di Saluzzo. All'oggetto di porre un termine a queste controversie Filippo principe d'Acaia suddetto ed il marchese nostro fecero compromesso, con instrumento del
1309. dì 4 gennaio dell'anno 1309, e si rimisero all'arbitrio di Corrado Doria ammiraglio del re di Napoli, il quale nel giorno stesso giudicò che il marchese Manfredo ed il di lui figlio dovessero cedere al principe tutte le ragioni ed azioni che avevano nei feudi di Casalgrasso e di Castagnole, salve le ragioni di Carlo re di Napoli (1).

Nel dì 8 del seguente mese di febbraio diede investitura il marchese Manfredo a favor di Paoluccio di Nucetto per la terza parte di Cavallerleone, luogo che aveva il suddetto Paoluccio (scorrettamente anche detto Pagliuccio) con instrumento del giorno precedente acquistato da Alessandro ed Oddone di Rossana: approvando il marchese tutto il contenuto in quell'instrumento, investe successivamente Paoluccio della terza parte di quel luogo in feudo nobile, antico e paterno, come si ricava dalla medesima investitura che qui s' inserisce.

(1) Sommario della causa tra il vassallo Francesco Andrea Romagnano di Virle ed il proccurator generale di S. M., pag. 41, n.° 199.

Anno Domini millesimo tercentesimo nono, indictione septima, die octava februarii, in Salutiis in domo dominorum Monestayrolii, presentibus Rebuffo de Nuceto, Alexandro de Roxana, Manfredo de Romagnano et Mulazzano de Salutiis, illustris dnus Manfredus marchio Salutiarum, qui presens fuit omnibus et singulis supradictis in prescripto instrumento superius proxime comprehensis (1), prout et in ipso instrumento describitur, et qui omnia predicta in dicto instrumento contenta audivit et per seriem intellexit, visis et cognitis et intellectis omnibus et singulis in prescripto proxime instrumento contentis coram eo pactis, ad instantiam et requisitionem predictorum domini Paglucii, Alexandri et Oddonis debita confirmatione eorum, que in premisso instrumento leguntur, petentium et requirentium, et predicto domino Paglucio investituram predicti tercerii (2) sibi concessi sive remissi, prout in premisso proxime instrumento describitur, petenti predicto domino marchioni, fidelitatem debitam pollicenti confirmavit, approbavit et ratificavit predicto domino Paglucio predictum tercerium sive predictam tertiam partem sibi remissam in instrumento superius proxime scripto contentam, quam ipse Paglucius emerat a prefato domino Henrico de Roxana quondam, et etiam domum et braidam in dicto instrumento contentas, et omnia et singula que in premisso instrumento superius scripto proxime continentur; et insuper cum uno baculo quem in sua manu tenebat dictum dominum Paglucium investivit in nobile feudum, antiquum et paternum et per se et heredes suos de predicta tertia parte sive de tercerio supradicto et de predicta domo et braida et de omnibus ad ipsum tercerium pertinentibus cum omnibus iuribus et rationibus suis et aliis que in predicto instrumento scripto proxime superius continentur. Quam investituram et confirmationem predictam predictus dnus marchio promisit eidem domino Paglucio ratam et firmam et ratas et firmas habere perpetuo et tenere per se et heredes suos et nunquam

(1) Si parla qui dell'instrumento di vendita, che trovavasi scritto avanti alla investitura.

(2) *Tercerium, tertia pars.* Ducange *in v. Tercerium.*

contrafacere vel venire vel fieri vel veniri permittere aliqua ratione vel causa vel in aliquo iure sibi competente, sed potius predictum tercerium eidem domino Paglucio et heredibus eius defendere una cum dictis domo et braida contra quascumque personas et universitatem et collegium, sub obligatione omnium bonorum suorum, que proinde eidem domino Paglucio pignori obligavit. Qua investitura et confirmatione sic factis, prout superius continetur, prefatus dominus Paglucius iuravit et fecit per se et heredes suos fidelitatem debitam eidem domino marchioni, ipsique domino marchioni promisit atque iuravit omnia et singula integraliter observare eidem domino marchioni et heredibus eius et facere que in veteris et nove fidelitatis capitulis continentur, ipsis capitulis nominatim expressis. De quibus tam dictus dominus marchio, quam Paglucius supradictus iusserunt fieri plura publica instrumenta tenoris eiusdem, consilio sapientis.

Et ego Thomas Ponterius de Valfeneria imperiali auctoritate notarius iis omnibus interfui et sic scripsi.

Conseguenza ed effetto della pace conchiusa nell'anno 1311 tra Teodoro marchese di Monferrato e Manfredo marchese di Saluzzo si fu la rimessione che con atto del 4 luglio di quest' anno fece esso Teodoro a Federigo marchese di Ceva ed a' suoi fratelli Giuseppe ed Aimerico, tutti figliuoli del fu Guglielmo, della fedeltà a cui erano tenuti verso di lui per le terre di Priola, Val di Tanaro, Villar, Roasio, Cigliero e Rocca Cigliero, con ordine che la stessa fedeltà indi fare si dovesse al marchese di Saluzzo; dietro alle quali disposizioni furono infatti i suddetti fratelli marchesi di Ceva contemporaneamente investiti dal marchese Manfredo delle ragioni di quelle terre (3).

(1) Leggesi questo instrumento per intiero apportato nelle *Memorie storiche della città di Fossano* dell' abate Muratori, par. 3, pag. 171 e seg.

(2) *Istoria di Torino* dell'abate di Lavriano: annotaz. 90 sopra il lib. 3, parte 2, pag. 296.

(3) Cronaca di Gioffredo Della Chiesa, pag. 127.

1315. Un'altra investitura nel seguente anno 1315 concedette il marchese Manfredo, ed è pel feudo di Cervignasco in favor di Viotto ed Ameoto figliuoli del fu Raimondo di Cervignasco: eccone il tenore.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem Domini MCCCXV, indictione tredecima, die vigesima secunda mensis februarii, in Saluciis sub porticu Nicholini Vaynerii, presentibus Petro Ansermino potestate Saluciarum, Rogerino de Cervignascho, Conradino Mulazani et Ameoto de Anua notario testibus. Adcedentes Viotus et Ameotus fratres filii quondam domini Raimundi de Cervignascho coram presentia illustris et magnifici viri domini Manfredi marchionis Salutiarum, humiliter et devote petierunt ab ipso dno marchione, quatenus ipsos fratres investire vellet de illo feudo, quod quondam eorum pater tenebat ab ipso dno marchione in Cervignascho, quod esse dicunt terciam partem inrisdictionis et segnorie Cervignaschi cum pertinenciis et dominiis que et quas dictus Raimundus tenebat in Cervignascho. Item de illo feudo . . . . . Martinus de Cervignascho . . . . . cessit non relictis filiis ex ea . . . . . ab ipso dno marchione tam . . . . . segnoria dicti loci quam in dominiis . . . . . successione ad ipsos fratres spectare dicebant. Quorum petitionibus idem dominus marchio benigne condescendens, predictos Viotum et Ameotum, quemlibet pro dimidia, salvo iure cuiuslibet persone, cum una macia quam habebat in manu sua tam de feudo predicti eorum patris quam de feudo dicti Oddini investivit in feudum nobile, gentile, rectum, antiquum et paternum. Qua investitura facta, predicti Viotus et Ameotus fidelitatem et homagium cum intromissione manuum ipsorum in manibus domini marchionis predicti, osculo simul interveniente, solemniter inter eos fecerunt proinde. Et promixerunt dicto domino marchioni et iuraverunt ad sancta Dei evangelia omnia et singula se facturos et observaturos que in forma fidelitatis et homagii nova et veteri continentur. Quibus sic peractis, predictus dnus marchio dicens, quod homines dicti Vioti et Ameoti et qui etiam fuerunt

dicti Oddini debent facere fidelitatem ipsi dno marchioni antequam ipsis Vioto et Ameoto, precepit eis ut dictos eorum homines venire facerent coram ipso dno marchione ad faciendum sibi fidelitatem primo, secundum quod continetur in instrumento veteri dictorum dnorum Cervignaschi.

Et ego Gulliermus Laurentius notarius publicus etc. (1).

Ci fa vedere la riferita investitura che negli atti di omaggio di questi tempi, oltre alla solita formalità del toccare le mani al principe, si concedeva insiememente dal nostro marchese il favore d'un bacio: *osculo simul interveniente.*

Due altre investiture troviamo date in questo stesso anno da Manfredo; una a Bartolommeo di Castiglione per la terra di Castiglione, e l'altra in favore di certo Matteo Rama per alcuni poderi in Carmagnola (2).

Mentre queste cose tranquillamente passavano nel marchesato, alla volta d'esso si avviava con forte esercito Ugo del Balzo, vicario del re Roberto in Piemonte; il quale al sentire che i fuorusciti di Cuneo e di Demonte eransi in gennaio dell'anno 1316 impadroniti del castello di Demonte, colà tosto 1316.
accorse colle sue truppe, e quel castello cinse di assedio, onde, se gli riesciva d'impadronirsene, rimetterlo nelle mani de' Guelfi, cioè dei seguaci del partito del suo re. A soccorrere gli assediati si mossero in sul fatto il marchese di Saluzzo ed il principe d'Acaia, e, ragunata quanta gente più poterono, presero posto nel Borgo di san Dalmazzo; ma inutile essendo riescito ogni loro tentativo, dovettero ritirarsi

(1) Dagli archivi del sig. conte Della Chiesa d'Isasca.
(2) Indice Montagnini, an. 1315.

a Fossano; per lo che si arrese a buoni patti quel castello al vicario del re (1).

Gli Astesi, che nell'anno 1313 si erano spontaneamente sommessi a Roberto (2), e che perciò la parte sostenevano di quel re, erano in questi giorni grandemente travagliati dalla rabbiosa guerra che i fuorusciti della città, protetti e soccorsi or dal principe d'Acaia ed or dal marchese di Saluzzo, viva mantenevano a danno del territorio loro che mettevano a ruba, e intieramente devastavano. Cercarono quindi in questo anno di far tregua; vi aderirono i guerreggianti, e nel primo giorno di aprile questa si conchiuse tra gli Astesi, Filippo principe d'Acaia, Manfredo marchese di Saluzzo, i marchesi di Carretto e d'Incisa ed i fuorusciti, convenendosi che durar dovesse sino alla festa dell'Ascensione, e che sino a quel giorno ciascuna delle parti dovesse stare nelle terre rispettivamente occupate (3). Spirato il termine della tregua, e giunti ne' primi giorni di giugno a Susa Pietro di Savoia arcivescovo di Lione, ed Odoardo di Savoia col rinforzo di dugento soldati, che si unirono al principe d'Acaia, questi, il marchese di Saluzzo ed i fuorusciti d'Asti, adunate tutte le loro forze, che sommavano a cinquecento militi ed a circa dieci mila fanti, portaronsi a Villanova, indi a Revigliasco, dove due notti fermandosi, distrussero ed incendiarono quante case eranvi in que' dintorni; ma nel terzo giorno, che era il dì 12 giugno, ritornarono

(1) *Memoriale Gulielmi Ventura*, cap. LXXXIV. *Rer. Ital. scrip.*, tom. XI, col. 248.

(2) V. *Storia d'Asti* dell'avv. Grassi, tom. I, pag. 267.

(3) *Memoriale Gulielmi Ventura*, cap. LXXXVIII, col. 249.

alle case loro senz' altro operare, non osando d'affrontarsi col regio vicario Ugone del Balzo, che stava alla difesa d'Asti con numerosa milizia.

Più felici non furono le imprese di Gaverio Cavalleri che, dalla soprastante fazione bandito da Cuneo, e militando al servizio del nostro marchese, conduceva trecento cavalli e cento pedoni; il quale, sebbene giunto fosse ad impadronirsi di Mondovì ed occupato lo avesse a nome del marchese Manfredo, tuttavia tenere nol potè gran fatto, poichè sollevatisi gli abitanti il costrinsero a partire di colà (1).

Arrivarono in questo tempo a Saluzzo in soccorso di Manfredo dugento militi condotti da Stefano figliuolo di Matteo Visconte vicario imperiale di Milano, e da Roberto Crivello (2); e passati poi anche questi ad unirsi all'esercito collegato, che si era ritirato a Fossano, altra impresa non eseguì quella soldatesca che la solita e facilissima di dare il guasto alle campagne di Savigliano e di que' contorni (3). Chiamarono allora gli Astesi in loro soccorso Riccardo Gambatesa regio siniscalco di Provenza, il quale in luglio partendo da Cuneo con forte armata di militi e di balestrieri potè liberar Savigliano; unitosi quindi agli Astesi, passò a Fossano, dove a sua volta ogni sorta di male commise, tagliando gli alberi ed incendiando i casolari per ovunque ei passava. Arrivò a Revello, ed entrato furiosamente nel luogo, dopo

(1) Discorsi delle famiglie nobili di Cuneo di monsignor Della Chiesa, pag. 18.

(2) Giulini, *Continuazione delle memorie di Milano ecc.* par. 1, a n. 1316.

(3) *Memoriale Gulielmi Ventura etc.* cap. LXXXIX, col. 250.

averlo spogliato, lo diede alle fiamme; il simile fece di Envie e di altre terre del marchesato.

Al primo scoppiare di questi tumulti erasi in Saluzzo ritirato il marchese Manfredo, e seco lui Stefano Visconte; e tra ambi vi avevano condotto quattro mila uomini. Scrive Guglielmo Ventura che il marchese nostro ed il Visconte mandarono i loro nunzii a Riccardo Gambatesa per isfidarlo a battaglia nei campi di Saluzzo; ma che, recatosi egli nel giorno stabilito, dopo avere aspettato sino al tramontar del sole senza che alcuno escisse a combattere, perduta la pazienza, siasi nel giorno del 26 dello stesso mese di luglio ritirato con tutta la sua gente in Asti (1).

Sono questi gli avvenimenti di guerra dell'anno
1317. 1316. Nel successivo 1317 di nuovo mossero le armi il principe d'Acaia ed il marchese di Saluzzo, e coll'esercito loro arrivati sotto di Asti s' impadronirono nel dì 16 giugno del borgo degli Apostoli, dove stettero sin verso sera; ma, accorsovi da Alba Ugo del Balzo, al di lui arrivare sloggiarono da colà, e senza altra azione intraprendere, al proprio paese ciascun d'essi fece ritorno: si cessò così dal guerreggiare per qualche tempo (2). In altri affari perciò noi vedremo occupato il marchese nostro.

Morto essendo senza eredi Alessandro di Rossana, il quale teneva in feudo la metà del luogo e giurisdizione di Cavallerleone, questa fu devoluta alla camera marchionale; volendo Manfredo riconcederla in feudo, ne convenne, mediante il prezzo di lire

(1) *Memoriale Gulielmi Ventura etc.*, cap. XCII, col. 251.
(2) *Memoriale Gulielmi Ventura etc.*, cap. XCV, col. 252 et 253.

mille e cento Astesi, la rimessione a Paoluccio o Pagliuccio di Nucetto che riteneva già la terza parte del feudo medesimo, e, datagliene investitura nel dì 13 di ottobre, si stipulò poi nel giorno medesimo pel pagamento dei debiti lasciati dal prenominato Alessandro tra il marchese Manfredo e Pagliuccio suddetto l'instrumento d'accordio, *in castro inferiori Saluciarum super lobia dicti castri, presentibus dno Nicolao de Costiglolis, Leone de Gozano et Leoneto Cathalano de dominis Bargiarum, testibus adhibitis et vocatis.*

Et ego Gulliermus Laurentii de Carmagnolia notarius predictus interfui et rogatus scripsi et subscripsi imperiali auctoritate (1).

Le sottoscrizioni poste a questa carta ci dan luogo a far cenno di due distinte famiglie Saluzzesi, cioè di quelle de' Gozani e de' Catalani, stabilitasi la prima circa questi tempi in Saluzzo nella persona del nominato Leone di Gozano, e venutavi l'altra de' Catalani fin dai tempi del marchese Tommaso I (2). Ebbe quest' ultima in feudo parte della signoria di Barge, ond' è che noi vediamo sottoscritto nell' instrumento Leonetto Catalano colla qualificazione *de' signori di Barge.*

Il marchese Manfredo avendo ricevuto l' intiero prezzo nella convenuta somma di lire mille e cento, lasciò nel dì 11 febbraio del seguente anno 1318 a favore di Guglielmo figlio di Pagliuccio Nucetto la quitanza in forma, come appare dall'instrumento che qui si presenta. 1318.

(1) Carta degli archivi della comunità di Cavallerleone.
(2) *Vita di mons. Ancina*, cap. 17, § V.

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo tercentesimo decimo octavo, indictione prima, et die undecima mensis februarii. Actum Saluciis. . . . . .
Cum dominus Paglucius de Nuceto dare promiserit illu.ri dno marchioni Manfredo Saluciarum occasione investiture et concessionis sibi facte per ipsum d. marchionem de medietate Caballariileonis que fuit Alexandri de Roxana quondam libras undecim centum Asten. ad monetam Caballariileonis, videlicet incontinenti ipso die primo libras ccc Asten. et usque ad festum sancti Martini tunc proximum libras cc Asten. et alias libras DC usque ad diem XV mensis martii proximum, ut patet ex publico instrumento inde facto per me Gulliermum Laurencium notarium infrascriptum sub anno Domini MCCCXVII, indictione XV, et die decimatertia mensis octobris: ipse autem d. Paglucius tunc dictam summam librarum undecim centum integre persolverit, ideo dictus d. marchio ad postulacionem Gullielmi filii dicti Paglucii dixit et confessus fuit et publice recognovit se habuisse et recepisse tam ab ipso Paglucio quam a predicto Gullielmo, nomine dicti patris sui dante et solvente, ac sibi integre datas et solutas et numeratas et traditas esse predictas libras undecim centum Asten. de moneta currente in Caballarioleone per terminos et inter terminos ordinatos in instrumento debiti supradicti, et occasione debiti supradicti. Renuncians exceptioni etc., liberans et absolvens dictum Paglucium et suos heredes et bona. . . . . et singulis que ab ipso petere posset etc., mandans et iubens quod instrumentum dicti debiti sit ex nunc vanum et cassum.

Et ego Gullielmus Laurencius de Carmagnolia publicus imperiali auctoritate notarius etc. (1).

In quest'anno si conchiuse alleanza tra Matteo Visconte, che già il titolo prendeva di signor generale di Milano, e Filippo di Savoia principe d'Acaia per vicendevolmente difendersi e sostenersi contro Roberto e contro chiunque tenesse il partito di quel

(1) Comunicatomi dal sig. proposto Meryanesio.

re; e perchè collo stesso principe già fin dall'anno 1314 collegato si trovava il marchese di Saluzzo, fu perciò non solamente anche a nome del marchese di Saluzzo stipulato quel trattato, ma specialmente nel medesimo si convenne ancora che giammai, in forza de' convenuti patti, potesse esso Matteo venir contro al marchese suddetto o contro a quegli altri principi e signori della lega Lombarda ivi nominati. Firmato fu questo trattato in Lombriasco nel dì 19 di agosto, ed in esso, per quanto riflette il marchese nostro, così leggesi.

Anno Domini MCCCXVIII, indict. I, die sabbati 19 augusti. In Christi nomine amen, et honorem et laudem ipsius et totius curiae coelestis, et honorem et laudem sanctissimi domini Ioannis XXII papae sacrosanctae Romanae ecclesiae, et sacri imperii, et honorem et laudem magnificorum virorum domini Philippi de Sabaudia principis Acayae, *domini marchionis Salutiarum* et domini Mathei Vicecomitis Dei gratia civitatis et districtus Mediolani domini generalis, et omnium amicorum praedictorum dominorum et totius ligae Lombardiae. Cum infrascripta sint pacta et conventiones facta et factae etc. . . . . Eo salvo, quod per praedicta idem dominus Mathens non veniat contra dominos Canem Grandem de la Scala vicarium pro sacro imperio Veron. et Vincentien., Raynaldum de Bonacosiis vicarium pro eodem imperio Mantuae, dominum marchionem Montisferrati in eo quod tenet et possidet, nec contra *dominum marchionem Saluciarum*, nec contra aliquem qui sit in liga praedictorum dominorum, nec contra aliquem eorum, nec eos adiuvabit contra praedictum dominum principem etc. . . . . Actum fuit in Lombriasco, in canonica dicti loci etc. (1).

Nell'anno 1319 avendo Teodoro marchese di Mon- 1319.
ferrato convocato un generale parlamento nel castello

(1) Guichenon, tom. IV, par. I, pag. 107.

di Chivasso, con partecipazione anche e consultazione del marchese di Saluzzo, questi mandò Corrado di Gorzano suo vassallo a dichiarare in quell'assemblea che era pronto a dar soccorso a Teodoro per difendere, governare e riavere tutto il suo dominio, come dall'articolo settimo di quelle deliberazioni s' impara.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo decimo nono, indictione secunda, die tertia mensis septembris. In palatio castri Clavaxii in solerio superiori; ibidem convocato et congregato colloquio et parlamento generali ordinato per illustrem et magnificum virum dominum Teodorum marchionem Montisferrati pro bono et pacifico statu ipsius domini marchionis et totius sui marchionatus et omnium vassallorum et hominum eiusdem. Ad quod colloquium venerunt infrascripti vassalli, nobiles et populares terrae ipsius domini marchionis ad petitionem et mandatum praedicti domini marchionis, in quo colloquio et parlamento, habita prius diligenti deliberatione, examinatione et consilio magnifici viri domini *Manfredi marchionis Saluciarum* et dominorum Uberti abatis Fructuariensis, et B..... abatis monasterii de Grazano, et procerum et consiliariorum curiae eiusdem, et etiam infrascriptorum vassallorum, primo ordinavit de consilio praedictorum pacem et concordiam partium de Casali sancti Evasii, ut infra .....
.....

VII. Dominus Conradus de Gorzano, vassallus dicti domini marchionis Salutiarum, ex parte ipsius domini marchionis dixit, quod ipse dominus marchio cum tota terra sua erat paratus ipsum dominum marchionem iuvare ad terram suam defendendam et gubernandam, et ad amissam recuperandam totis viribus et posse; et plura alia utilia in dicto parlamento generali ex ipsius domini marchionis recitavit etc.

Dicesi nel qui riferito articolo che Corrado di Gorzano, intervenuto a nome del marchese Manfredo, fosse di lui vassallo; noi di più soggiugniamo

che era egli consignore di Valfenera, e di famiglia Saluzzese (1).

All'anno seguente 1320, nel dì 2 di febbraio, 1320. Federigo primogenito del marchese nostro conchiuse un trattato con Filippo d'Acaia, mentre ambi trovavansi nel luogo di Lombriasco; ed in vigor d'esso promise quel principe di aiutar Federigo a ricuperar Cuneo, la valle di Stura ed i luoghi di Demonte, Busca e Centallo, luoghi tutti occupati o da gente del re Roberto o da' Guelfi di lui partigiani; ed obbligossi in contraccambio Federigo di servire il principe per la conquista d'Asti, di Chieri e del Canavese (2).

Proccurata col mezzo delle sin qui accennate confederazioni dal marchese Manfredo una qualche tranquillità allo stato, e restituitosi dopo tante spedizioni politiche e militari nel suo castello, chiamò a Saluzzo in quest'anno (3) i padri Domenicani, de' quali alcuni, come abbiamo veduto, già arano stati destinati dal di lui genitore Tommaso I al governo del monastero di Revello. Introdotti in Saluzzo cotesti religiosi, fu loro assegnato, in seguito alla cessione che ne fecero i monaci di Staffarda (4), l'oratorio di san Giovanni fondato nel 1281 sulla piazza del nuovo borgo dal medico Oberto Maurino e dalla di lui moglie Genta (5); il quale oratorio venne perciò dal

(1) Monsignor Della Chiesa nei suoi discorsi sopra le antiche famiglie di Saluzzo, artic. *Gorzani*.

(2) Guichenon, tom. I, pag. 320.

(3) *Corona reale*, par. 1, pag. 237.

(4) *De vita ac gestis march. Sal.*, pag. 11.

(5) Veggasi a pag. 419 del tomo secondo.

marchese Manfredo dotato di qualche entrata. Nei primi anni abitarono quei frati alcune case contigue alla piazza, che furono loro concedute dalla pietà del prenominato Oberto Maurino; ma, morto questi senza prole, e lasciati al convento tutti i suoi beni, furono poi atterrati e l'oratorio e quelle case, onde fabbricare in quel luogo una più conveniente abitazione ed una novella chiesa, la quale fu primieramente edificata con tre soli archi, che sono quelli che in oggi ancora sussistono successivamente alla porta grande (1): questa chiesa ritenne il nome dell'antico oratorio. Provvedutosi così ai bisogni spirituali degli abitatori del borgo superiore, fu poi anche distrutta la piccola cappella della Pieve (2), la quale trovavasi in poca distanza dalla nuova chiesa.

Dopo tante fatiche coraggiosamente sostenute in diverse e difficili occasioni, e dopo aver resistito agli urti di guerra e di fortuna, pareva che potesse ripromettersi Manfredo di godere d'un dolce riposo accanto alla giovane consorte e frammezzo alla sua famiglia, senza che ei dovesse oramai temere la presenza di nuovi torbidi a più oltre funestarlo. Ma appunto allora cominciò a provare gli acerbi domestici disgusti che procacciò a lui una cieca condescendenza ai voleri della propria moglie. Isabella Doria, avuta prole, tutto mise in opera per far passare a quella il dominio dello stato, e, poste in non cale le leggi e le antiche consuetudini del

(1) Relazione sul convento di s. Gioanni di Saluzzo mandata a Roma nel 1650; MS. che si conservava negli archivi de' padri Domenicani di Saluzzo.

(2) Della Chiesa, *Descrizione MS. del Piemonte*, tom. II.

marchesato, ogni lusinga ed ogni occasione non risparmiava onde inspirare al marito avversione per Federigo nato di Beatrice di Sicilia sua prima moglie, affinchè il privasse della successione in favore del figlio di lei, Manfredo anche chiamato. Sempre fissa in questo funestissimo intento, cominciò la sua tela l'astuta Genovese con ottenere in prima, nel 1321, dal mar- 1321.
chese l'emancipazione del figlio Manfredo, e la donazione a favore di lui delle terre di Carmagnola, Racconiggi, Barge, Revello, Envie, Martiniana e Cavallerleone, terre fra le migliori del marchesato. E questo fu il primo atto che preparò la marchesana Isabella per indi guidare il suo debole marito a quelle altre disposizioni che il condussero di precipizio in precipizio, e che furono principio di quelle terribili discordie che, tramandate ai figli ed ai nipoti, segnarono il punto del dicadimento della sovrana Saluzzese famiglia.

Pare che fortuna pur secondasse i disegni d'Isabella; poichè, il più caro desiderio di lei essendo di veder padrone di ricca e vasta signoria il troppo amato suo figlio, volle la sorte che propizia occasione si presentasse al marchese padre di considerabilmente ingrandire l'antico retaggio.

Manfredino ed Oddone, padre e figlio, marchesi del Carretto avendo per loro particolari motivi stabilito di abbandonare il proprio paese e di ritirarsi in quello del marchese di Saluzzo, onde più tranquillamente vivere, si determinarono di far donazione e cessione spontanea a favor del marchese Manfredo dei castelli e luoghi di Cortemiglia, di Cairo e di Borgomale, dei castelli e ville di Perletto e Torre

d'Ussone, della terza parte delle Carcare, della loro giurisdizione sopra i luoghi di Altare, di Saleggio, di Cagna e di Loesio, e finalmente del castello della Rocchetta di Cairo, tutti luoghi che erano da que' marchesi tenuti in allodio; e gli stessi beni feudali anche cedendo, investirono il marchese di Saluzzo della Rocchetta di Cairo, di Buzzile (forse Brazile), di Carretto e Vignarolo, di Brovida, Santa Giulia, Castelletto, della quarta parte di Saleggio, di Torre d'Ussone e Pezzolio, di Gorrino ed Orsara, di tre parti di Loesio (Lodisio o Lisio), e di alcune altre vicine terre, di Bergolo, della Torre di Bormida, di Benevello, della parte loro spettante in Bubbio, e delle ragioni sopra alcuni altri vassalli, con tutti quegli altri diritti, giurisdizioni e più ampie concessioni che si leggono nel seguente instrumento
1322. del 12 ottobre 1322.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXXII, indictione VI et die XII mensis octobris. Actum Saluciis . . . . . Dominus Iayme de Ponzono procurator et procuratorio nomine magnifici et egregii viri domini Manfredini marchionis de Carretto et procurator Odoni filii dicti domini Manfredini, secundum quod de procuratione patet ex publico documento inde composito per Vullielmum Gallinam de Gorrino notarium publicum sub hoc eodem anno Domini 1322, indic. VI, die 9 mensis octobris etc. Sciens et cognoscens voluntatem ingentem, firmumque premeditatum propositum et intentionem avidam predicti domini Manfredini et predicti Odoni, quam ipsi habuerunt et habent se transferendi de contrata sua marchionatus de Carretto ad contratas et terras illustr. domini Manfredi marchionis Salutiarum, et deserere seu relinquere terras suas . . . . . ex certis et rationabilibus causis ad quietum eorum statum spectantibus, et aquirere gratiam et benevolentiam prefati . . . . . .

suffragia opportuna, nec non in pace vivere et tranquilla quiete, ipsius Iayme . . . . . inter ipsum Iayme dicto nomine ex una parte, et dictum dominum marchionem . . . . . circumspectis atque pensatis et precognito per dictum Iayme et per predictos dominum Manfredinum et Odonum, quod prefata ad evidens ipsorum domini Manfredini et Odoni, heredumque suorum evidens proficuum redundabunt, omnibus circumspectis, dedit, concessit ac cum uno baculo quem ipse Iayme tenebat in manu, solemnem investituram fecit idem Iayme tamquam procurator et procuratorio nomine prefatorum domini Manfredini et Odoni, heredumque suorum predicto illustr. viro domino Manfredo marchioni Salutiarum presenti et pro se et suis heredibus in perpetuum recipienti, ipsumque dominum marchionem Salutiarum pro se et nomine suo heredumque suorum prefatus Iayme in perpetuum investivit ea lege, qua ipse dominus Manfredinus habebat, et ex causa conventionis et aliis causis superius scriptis et infra et cum et sub pactis et conventionibus infrascriptis de rebus, bonis et iuribus infrascriptis, tam feudalibus quam non feudalibus, ad ipsum dominum Manfredinum et ad dictum Odonum, in quantum sua interest, pertinentibus, et aliis que poterunt de cetero pertinere, scilicet de feudalibus in rectum, nobile, antiquum et paternum feudum, et de non feudalibus in allodium, videlicet de castro, villa seu burgo, hominibus et dominio Curtismilie et districtus. Item de castro, villa seu burgo, hominibus et dominio Cayri. Item de partibus quatuor Burgimali, castri, ville, hominum et dominii dicti Burgimali. Item de castro, villa, hominibus et dominio Perleti. Item de castro, villa, hominibus et dominio Turris Uzonis. Item de tertia parte ville, hominum et dominii Carcherarum. Item de parte et iuribus suis segnorie, quam et que habent in Altari. Item de tribus partibus ville, hominum et dominio Salegii. Item de quarta parte Cagne. Item de quarta parte Loesii, villis, hominibus et dominio dictorum quartorum. Item de castro Rochete Cayri, que omnia sunt dominia dicti domini Manfredini. Item de vassallis infrascriptis et de iuribus universis et singulis ipsi domino Manfredino seu Odono competentibus et competituris,

et in rebus feudalibus infrascriptis que per ipsos vassallos ut infra describitur in feudum tenentur a dicto domino Manfredino et eius antecessoribus teneri consueverunt, et de omni dominio et segnoria et iurisdictione et omnibus aliis eidem domino Manfredino competentibus sive dicto Odono, sive filiis ceteris dicti domini Manfredini in vassallis predictis et infrascriptis et in rebus et occasione feudalium rerum qne per ipsos vassallos et quemlibet eorum tenentur vel teneri consueverunt aut debent ab ipso domino Manfredino vel ab aliquibus antecessoribus vel maioribus eius, qui vassalli et que res feudales sunt isti et iste, qui et que inferius denotantur: scilicet Rochetta Cayri et domini qui dictum locum tenent. Item iura que ipse dominus Manfredinus habet in Buzzili que tenent in feudum ab eo et habent Caudera. Item Carrettum et Vignarolinm que tenet et tenere consuevit Franciscus de Brovia. Item Brovia et domini dicti loci. Item Sancta Iulia et domini dicti loci. Item Castellettum et domini dicti loci. Item quartum Salegii et domini dicti loci. Item vassalli Turris de Ussono et Pezolii. Item Gorrinum et domini dicti loci. Item Orsalrole et domini dicti loci. Item tres partes Loexi et domini dicti loci. Item Deynon et domini dicti loci. Item Rubini et Bergoli et domini dictorum locorum. Item Turris Burmide et domini dicti loci. Item Benevellum et domini dicti loci. Item pars que sibi competit in Bubio et domini dicte partis. Item vassalli Saone, videlicet Libochadordii. Item iura que habet ipse dominus Manfredinus in vassallis Bosec. Item furna Curtismilie, que tenet dominus Thomas de Turre, pro quibus debet facere unum equum: quos vassallos prefatus procurator dicto nomine dixit et asseruit esse vassallos dicti domini Manfredini, et res, castra, villas et loca prenominata et preuominatas tamquam res ipsorum vassallorum seu per eos detentas esse res feudales et que in feudum tenentur per ipsos vassallos a dicto domino Manfredino, et in feudum teneri consueverunt earum possessores ab antecessoribus eiusdem domini Manfredini, asserendo quoque dictus procurator, quod predicti vassalli de predictis rebus feudalibus servire tenebantur ante presentem concessionem dicto domino Manfredino de dictis

feudis, tamquam vassalli domino suo de suis feudis servire tenentur, ac quod deinceps simili modo servire tenebuntur dicto domino marchioni Salutiarum et heredibus suis. Item dedit, cessit atque mandavit dictus procurator nomine supradicto et causa predicta et infrascripta et ex causa presentis conventionis et tractatus prefato domino marchioni Salutiarum suo nomine et heredum suorum recipienti omnia iura et actiones reales et personales que vel quas ipse dominus Manfredinus habet et habere visus est et ei competunt aut competere possunt contra et adversus dominum Francischinum de Carretto filium quondam domini Coradi de Carretto marchionis Saone, occasione cuiusdam debiti librarum novem centum Ianuensium, quas libras novem centum dictus dominus Francischinus dare tenetur supradicto domino Manfredino. Item dedit dictus dominus procurator dicto nomine, cessit atque mandavit ex causis predictis et infrascriptis tam dicto nomine marchioni Salutiarum predicto nomine recipienti omnia iura et actiones, petitiones et prosecutiones reales et personales, utiles et directas, que et quas dictus dominus Manfredinus habet et ei competunt et competere possunt, et quas procurator dicto domino Manfredo dixit et asseruit adversus et contra commune Ianuense occasione cuiusdam debiti librarum vigintiquinque Ianuensium, quod debitum dictum commune Ianuense dare tenetur et debet singulis annis dicto domino Manfredino et eius heredibus in perpetuum. Item dixit et cessit et mandavit dictus procurator nominibus supradictis ex causis predictis dicto domino marchioni predicto nomine recipienti omnia iura et actiones, petitiones et prosecutiones reales et personales, utiles et directas, que vel quas idem dominus Manfredinus seu Odonus habent, et eis vel alteri eorum competunt et competere possunt, et quas ipse procurator competere dixit dicto domino Manfredino adversus et contra dominos Iacobum et Maufredum de Carretto marchiones Saone, occasione cuiusdam pene marcharum decem millium argenti commisse per ipsos dominos Iacobum et Manfredum pro eo quod fecerunt contra treguas factas inter ipsos dominos ex parte una, et dictum dominum Manfredinum ex parte altera; et

omnia et singula alia iura et actiones que ipsi domino Manfredino aut Odono competunt seu competere possunt adversus et contra predictos dominos Iacobum et Manfredum et super terras quas tenent quacumque ratione vel causa; et generaliter prenominatus procurator nomine supradicto dedit, donavit, cessit atque mandavit ex causis predictis et infrascriptis sepedicto domino marchioni pro se et suis heredibus in perpetuum recipienti omnia et singula universaliter universa et singulariter singula, tam corporalia quam incorporalia et tam mobilia quam immobilia, bona et iura quecumque dictus dominus Manfredinus seu dictus Odonus habent seu habere videntur aut ad eos seu ad aliquem eorum pertinent seu pertinere videntur et que de cetero competent aut competere poterunt in futurum tam in predictis rebus, bonis et iuribus supradictis concessis, investitis et cessis, quam in omnibus aliis et singulis quibuscumque eis competentibus et competituris in terra et terris, rebus, bonis et iuribus, que quondam fuerunt illustr. d. Manfredi marchionis de Carretto quondam avi paterni dicti d. Manfredini seu ad ipsum d. Manfredum pertinuerunt in marchionatu, segnoria seu poderio et districtu suo, tam ratione terre, districtus et iurisdictionis ipsius d. Manfredi, quam alia quacumque de causa, et demum omnia alia competentia et competitura quacumque de causa presentia, preterita et futura predictis dominis Manfredino et Odono tam occasione successionis et successionum, quam occasione consortitus et consortituum et aliis quibuscumque de causis, ita quod in hac generalitate quelibet specialis causa intelligatur apposita et expressa: dictam igitur dationem, concessionem et investituram et translationem et cetera superius comprehensa fecit predictus procurator nominibus procuratoriis supradictis prelibato d. marchioni Salutiarum; et ex causis et rationibus supra et infra scriptis, et de bonis, rebus et iuribus et aliis supradictis, tali modo quod dictus d. marchio Salutiarum per se et heredes suos predicta omnia et singula, scilicet feudalia in fendum ut supra dicitur, et allodialia et libera in allodium et libere habeat, teneat et possideat, persequatur et petat, et de eis tamquam de rebus, bonis et iuribus suis faciat quod

videbitur ei, cum omnibus iuribus et pertinentiis, ingressibus et egressibus suis et omnibus aliis dicto domino Manfredino vel Odono competentibus et competituris, et bonis, rebus et iuribus supradictis, scilicet in castris, burgis, villis, vicis, hominibus et vassallis, et vassallorum et homiuum fidelitatibus, et exercitibus, cavalcatis, bannis, penis et mulctis, successionibus, acconzamentis, fictis, drictis, debitis, tefris, fodris, roisis (1), furnis, battenderiis, paratoribus, molendinis, aquis, aquarum decursibus et aqueductibus, rupibus, sylvis, pasquaticis, nemoribus et ruinis, piscationibus, aucupationibus, venationibus, pedagiis, currariis, leydis et gabellis et quibuscumque iuribus patronatus et quibuscumque aliis, et in terris cultis et incultis, pratis, vineis, nemoribus, domibus, turribus et palatiis et quibuslibet dopnis et quibuslibet caseamentis et cum omnibus iuribus et actionibus, finibus, poderiis, territoriis et districtibus, meris et mixtis imperiis, angariis et perangariis, predictis castris, burgis et locis et rebus aliis seu predictis d. d. Manfredino et Odono et cuilibet corum occasione ipsorum castrorum, burgorum et villarum et aliarum rerum predictarum competentibus et competituris, et cum omnibus usibus et consuetudinibus suis et cum omnibus ad predicta et quelibet eorum pertinentibus et que de cetero pertinuerunt quoquo modo sive ad predictos dominum Manfredinum et Odonum occasione rerum, bonorum et iurium predictorum et cuiuslibet eorundem; volens insuper dictus procurator procuratoriis nominibus supradictis de suprascriptis rebus, bonis et iuribus et omnibus et singulis supradictis dominium et quasi dominium, possessionem et quasi possessionem in predictum d. marchionem Salutiarum transferre, constituit se dicto nomine, dictosque d. Manfredinum et Odonum tenere et possidere seu quasi predicta et quelibet predictorum vice et nomine predicti domini marchionis Salutiarum heredumque suorum, quamdiu tenebunt et possidebunt seu quasi et quousque dictus d. marchio Salutiarum de omnibus et singulis possidendis possessionem et quasi possidendis quasi

(1) Lo stesso che *roidis*, *rodiis*, servigi con carri.

possessionem acceperit, seu quasi, ad quam possessionem seu quasi apprehendendam et apprehensam retinendam, ipsius marchionis Salutiarum per se vel per alium propria auctoritate cuinslibet magistratus licite et impune et sine requisitione et auctoritate cuiuslibet magistratus, et sine requisitione consensus dicti d. Manfrediui et dicti Odoni et aliorum filiorum dicti d. Manfredini et ipsius d. Manfredini aut filiorum suorum contradictione aut impedimento aliquo non obstante, supradictus Iayme procurator nominibus antedictis eidem d. marchioni Salutiarum suo et heredum suorum nomine recipienti dedit et concessit liberam potestatem, bayliam et auctoritatem: et insuper idem procurator nominibus quibus supra fecit, constituit dictum d. marchionem Salutiarum procuratorem in rem suam in omnibus et singulis supradictis, ita quod ipse marchio per se et heredes suos dictis iuribus et actionibus tam utilibus quam directis ad suum et heredum suorum commodum et incommodum possit suoque proprio nomine agere, experiri, defendere, se tueri et consequi, et res et bona predicta tam nominata quam non nominata tamquam ad ipsum pertinentia habere, tenere, prosequi et exigere, et demum omnia et singula facere tam in iudicio quam extra iudicium que poterat et secuudum quod facere poterat aut facere potuisset ante predictam dationem, concessionem, investituram et iurium cessionem, et secundum quod facere posset dictus d. Manfredinus et eius heredes in quibuscumque futuris temporibus, si dictam investituram, dationem, concessionem nunquam fecisset, sed omnia iura semper in se retinuisset et in heredes suos. Sane actum fuit et firmatum solemniter et expresse in predictis et circa ea et in ea et in ipsis et incontinenti post ea inter predictum marchionem Salutiarum ex una parte et predictum procuratorem nominibus antedictis ex altera, tam in principio predictorum quam in medio et in fine, quod dictus d. Manfredinus debeat et teneatur dare et tradere dicto domino marchioni Salutiarum vel eius certo nuncio omnia et singula privilegia tam imperialia quam alia, et rescripta, scripturas et instrumenta omnia et singula que ipse d. Manfredinus habet vel habebit vel habere poterit continentia vel tangentia castra,

villas, loca et res et iura predicta vel aliquod predictorum et que essent vel esse possent in auxilium dicto d. marchioni Salutiarum pro aliqua ex rebus vel iuribus supradictis, et que etiam continent pacta aut conventiones, que et quas ipse d. Manfredinus vel antecessores eius habuerunt cum aliqua persona vel personis, dominio, communi vel universitate pro locis vel rebus vel iuribus predictis vel aliquo predictorum, quandocumque et quotiescumque ipse d. Manfredinus seu Odonus vel heredes ipsius d. Manfredini per dictum d. marchionem Salutiarum vel eius heredes aut eius vel eorum nuncium fuerit requisitus sive ipse, sive heredes eiusdem. Item quod ipse d. Manfredinus teneatur et debeat facere et curare cum effectu, quod omnes predicti vassalli fidelitatem pro feudis faciendam facient et iuramentum fidelitatis prestabunt dicto domino marchioni Salutiarum pro se et heredibus eius seu eius certo nuntio de rebus et pro rebus predictis feudalibus et aliis, si que tenentur ab eis in feudum vel eorum aliquo intra tempus congruum, postquam ipse d. Manfredinus vel eius heredes inde requisitus fuerit per dictum d. marchionem Salutiarum vel per nuncium certum eius, et quod ipsi vassalli dictum marchionem Salutiarum et heredes eius de dictis rebus et de aliis feudalibus tamquam dominum recognoscent et eidem marchioni et heredibus eius servient convenienter de feudis prelibatis, et quod ipse d. Manfredinus refutare debeat dictis vassallis dictoque d. marchioni vel eius certo nuntio omnia iura que habet in ipsis et super ipsis vassallis et in rebus et super rebus feudalibus eorundem, et ipsos et vassallos absolvere ad hoc, quod fidelitatem immediatam faciant securius dicto marchioni vel eius certo nuncio, ita tamen quod si contingeret, quod aliquis ex dictis vassallis fidelitatem et recognitionem et servitium feudi facere nollet aut excusationem iustam haberet, exinde quod super hoc emenda et restitutio fieri debeat per dictum d. Manfredinum vel eius heredes iudicio et arbitrio et secundum arbitrium summarium et de plano et sine strepitu iuris et iudicii duorum communium amicorum et amicabili modo. Item actum fuit solemniter et firmatum inter partes predictas, quod

d. Manfredinus et dictus Odonus facere debeant et curare suo posse et bona fide, quod commune Ianue investiat dictum marchionem Salutiarum et eius heredes de quibuslibet feudis que tenentur et teneri debent a dicto communi et teneri consueverunt seu tenta fuerunt in feudum ab ipso communi per predictum d. Manfredinum seu per dictum d. Odonum patrem ipsius, seu per aliquem antecessorem eiusdem, et quod dictus d. Manfredinus et dictus Odonus faciant dicto communi refutationem et alia que fuerint facienda de feudis ipsius communis, ad hoc quod dictus marchio et eius heredes de feudis ipsis investituram facilius consequantur a dicto communi, et idem faciet dictus d. Manfredinus de aliis feudis, que tenet ab aliis dominis quibuscumque; et si contingeret dictum Manfredinum hoc non posse facere propter hoc nullum preiudicium sibi fiat, nec Oddono predicto vel eorum heredibus, sed remaneant firma et rata nihilominus omnia supradicta: insuper promisit dictus procurator nominibus supradictis dicto d. marchioni Salutiarum pro se et suis heredibus stipulanti facere cum effectu, quod predictus d. Manfredinus et dictus Oddonus expresse ac proprio utriusque predicta omnia et singula supra et infrascripta confirmabunt, approbabunt et ratificabunt et rata et firma perpetuo habebunt et observabunt et iurabunt et facient observari semper, si et quando placuerit dicto d. marchioni Salutiarum vel et heredibus eius, in omnibus et per omnia, prout superius et inferius continetur, et ea omnia et singula facient de novo ut placuerit ipsi domino marchioni Salutiarum vel heredibus eius ad consilium et dictamen sapientis in iure, qui placuerit dicto d. marchioni vel heredibus eius, quandocumque ipse d. Manfredinus ex parte dicti d. marchionis Salutiarum vel per eum vel heredes eius vel eorum nuncium fuerit requisitus, et idem faciet dictus Oddonus omni exceptione et dilatione remotis. Item sepedictus procurator promisit dicto d. marchioni pro se et suis heredibus stipulanti predicta omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo rata et firma habere, tenere et haberi et teneri a quibuscumque personis cum effectu facere et curare, et omnia predicta dicto marchioni et suis heredibus

habere licere ipsumque d. marchionem in vacuam possessionem et quasi ponere et introducere omnium predictorum, et nullo modo nullaque causa contra facere vel venire vel fieri vel venire permittere vel consentire, et de predictis vel aliquibus predictorum litem vel questionem vel controversiam aliquo tempore non inferre nec inferentibus consentire, nec causam, titulum, consilium vel auxilium alicui contrafacienti dare publice vel oculte contra dictum d. marchionem vel eius heredes vel alium vel alios qui causam aliquam haberent ab eo, sive in aliquod preiudicium vel damnum ipsius d. marchionis, heredumque suorum vel alterius, qui ius vel causam haberet ab ipso vel ab heredibus eius, sed potius predicta omnia et singula defendere et authorizare (1) dicto d. marchioni et heredibus eius et ceteris qui ius vel causam habuerint ab eisdem vel ab heredibus eius, quantum est vel erit pro ipsius d. Manfredini et dicti Oddoni et filiorum ipsius d. Manfredini facto, dicto, dato, vel causas contra quascumque personas, collegia et universitates, sub restitutione damnorum et expensarum et interesse litis et extra, credendo ipsi marchioni et heredibus in suo verbo sine testibus et iuramento, in quibus omnibus et singulis supradictis iam dictus layme procuratoriis nominibus antedictis ex certa scientia et expresse renuntiavit exceptioni doli mali in factum, condictioni sine causa et ex iniusta causa et ob turpem causam et quod metus causa et auxilio dicendi vel opponendi se dictis nominibus seu predictum d. Manfredinum et Oddonum fuisse deceptos vel lesos, aut ad predicta sub aliqua fraude, machinatione vel extraneo colore fuisse inductum vel inductos, et auxilio cuiuslibet restitutionis in integrum et remedio cuiuslibet retractationis, dicendo imo et protestando, quod predicta omnia cum infrascriptis adiunctis facta sunt et facta fuerunt mediate et pro utilitate et commoditate dicti d. Manfredini et dicti Oddoni et heredum suorum et in nullum damnum vel lesionem ipsorum; et generaliter renuntiando omni alii exceptioni et iuri et consuetudini et auxilio iuris

(1) Rendersi autore, cioè prestar l'evizione.

et facti, et omnibus defensionibus et remediis, quibus se procuratoriis nominibus antedictis sive ipse d. Manfredinus et Oddonus tueri possent, aut contra predicta vel eorum aliqua facere vel venire per se vel aliam submissam personam, ita quod in hac generali renunciatione quelibet specialis intelligatur apposita et expressa; et porro ad maiorem constantiam premissorum et aliorum etiam contentorum inferius, supradictus procurator, nominibus procuratoriis sepedictis, inravit ad sancta Dei evangelia, corporaliter tactis scriptnris, sibique iuramento delato et in animabus et super animabus predictorum d. Manfredini et Oddoni, predicta omnia et singula et etiam infrascripta perpetuo attendere, facere et integraliter observare et facere observari sine aliqua diminutione et sine aliqua corruptela, et omni dilatione et contradictione reiectis, et facere preterea cum effectu, quod predicti d. Manfredinus et Oddonus illa omnia et singula facient, attendent et iurabunt et observabunt et de novo, ut predicitur, ea facient quandocumque placuerit, ut supra legitur, dicto d. marchioni vel eius heredibus et ea omnia et singula perpetuo rata et firma habebunt et tenebunt et facient observari, et pro predictis sic ut supra scripta sunt firmiter attendendis et observandis supradictus procurator procuratorio nomine predictorum d. Manfredini et Oddoni obligavit pignori omnia bona presentia et futura ipsorum d. Manfredini et Oddoni predicto d. marchioni recipienti pro se et heredibus suis capienda et retinenda auctoritate propria dicti d. marchionis heredumque suorum, si quando contingeret predicta omnia et singula non servari et non fieri ut superius continentur, quibus sic ut supra dicitur actis, supradictus procurator nominibus supradictis fidelitatem et iuramentum fidelitatis recommendavit dicto d. marchioni, ita quod eam facere non teneatur, nisi prius requireretur specialiter per dictum d. Manfredinum. Actum fuit in Saluciis etc.

Et ego Wilielmus Gallina notarius etc. (1).

(1) Carta comunicata all'autore dal Meyranesio.

Questa sì ampia cessione fu fatta dai marchesi del Carretto al marchese Manfredo mediante l'obbligazione che questi si assunse di pagare nove mila lire Genovesi a certi creditori, per la qual somma i ceduti castelli rimanevano vincolati, e di sborsare ad essi marchesi altre nove mila lire Astesi; e ciò tutto oltre alla infeudazione che loro fece dei luoghi e castelli di Sanfronte e Paesana, di parte de' luoghi di Crissolo, Oncino ed Ostana, e di parte di quelli di Sampeire, Bellino, Villa e Lagnasco; lo che si ricava dal seguente instrumento di remissione ossia di liberazione da ogni obbligo di fedeltà che nel giorno undecimo di novembre fecero gli stessi marchesi del Carretto a favore del marchese di Saluzzo.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXXII, indictione VI et die XI mensis novembris. Actum in castro Revelli presentibus testibus infrascriptis et me notario infrascripto. Per hoc presens publicum instrumentum notum sit omnibus atque manifestum, quod cum d. Manfredinus marchio de Carretto atque Oddo ipsius filius vidissent atque legi intellexissent quodam instrumentum scriptum manu Wilielmi Gallina notarii sub hoc eodem anno et die duodecima mensis octobris, sexta indictione, vi cuius d. Iayme de Ponzono tamquam procurator dictorum d. d. Manfredini marchionis de Carretto atque Oddonis eiusdem filii dedit, tradidit et concessit et investituram solemnem fecit in feudum nobile, rectum, antiquum et paternum de castris, burgis, villis et locis infrascriptis, videlicet Curtismilie, Carii, de quatuor partibus Burgimali, de tribus partibus Salegii, quarta parte Cagne, quarta parte Loexii, tertia parte Carcherarum et de parte sibi contingenti in Altari et de castro Rochete Carii. Item de omnibus vassallis et iuribus vassallorum, quos et que habebant predicti d. Manfredinus et Oddonus in eorum marchionatu de Carretto, ex quibus feudis et iuribus concessis

et datis dicto d. marchioni in feudum tenebatur ipse marchio fidelitatem facere dicto d. Manfredino, sed quia pro recompensatione dictarum rerum et bonorum, feudorum et iurium concessorum et traditorum per quemdam procuratorem nomine predictorum d. Manfredini et Oddoni predicto d. marchioni, ut patet predicto instrumento per notarium facto hoc eodem anno et indictione, die XII octobris etc., et postea ratificatorum et approbatorum et de novo concessorum eidem d. marchioni Salutiarum per dictos d. Manfredinum et Oddonum ex alio instrumento facto per me ipsum notarium iam dictum, hoc eodem anno et indictione et die etc., ipse d. marchio Salutiarum recepit super se solvendum pro ipsis d. Manfredino et Oddono libras novem millia Ian., pro quibus erant castra et loca tradita ipsi d. marchioni Salutiarum certis creditoribus obligata, et pro eo et quia ipse marchio Saluciarum promisit solvere et dare ultra et preter predicta eidem procuratori dictorum d. Manfredini et Oddoni eorum nomine libras novem millia Astenses, et ultra hec pro eo quia ipse d. marchio Saluciarum tradidit et concessit eidem procuratori nomine dicti d. Manfredini recipienti et eidem investituram solemnem fecit in feudum de castris, villis, locis et burgis Sanctifrontis, Paysane et de suis partibus Crisolii, Uncini et Anstane et vassallis et iuribus vassallorum dictorum locorum, et de parte sua ville Sancti Petri de Vayraitana et Bellino, et de loco Ville et de Luagnasco et de aliis bonis, rebus et iuribus que continentur in instrumento concessionis et investiture predicte facto per Vuillielmum Gallinam et me infrascriptum notarium hoc eodem anno et indictione, die XII octobris etc. Quorum causa dictus procurator nomine predictorum remisit et remissionem et absolutionem et pactum fecit eidem d. marchioni Saluciarum pro se et heredibus suis ut nunquam ipse d. marchio Saluciarum seu heredes teneantur facere aliquam fidelitatem ipsi d. Manfredino seu heredibus suis pro dicto feudo et rebus feudalibus supradictis nec inde aliquod servitium reale vel personale facere vel prestare etc. prout in instrumento inde facto per me ipsum notarium hoc eodem anno et indictione, die XII octobris, plenius continetur. Predicti

d. Manfredinus et Oddonus, visis et intellectis causis predictis et intellectis et sibi lectis seriatim instrumentis predictis, ex certa scientia expresse ratificaverunt instrumentum ipsum et approbaverunt et confirmaverunt et omnia et singula in dicto iustrumento contenta, et ex nunc ipsi ambo de uovo ex superius dictis causis et ex conventionibus et tractatibus predictis a dicto eorum procuratore factis remiserunt et absolverunt eidem d. marchioni Salutiarum pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti, quod ipse d. marchio Salutiarum vel sui successores nunquam teneantur nec debeant facere fidelitatem ipsi d. Manfredino nec suis heredibus nec aliquod iuramentum, nec dicto Oddono seu heredibus eius uec eis vel alicui eorum pro dictis feudis, rebus vel causis facere aliquam militiam seu servitium vel debitum nec aliquod aliud pro rebus seu feudis predictis, scilicet ab omni petitione, requisitione, denunciatione et protestatione fidelitatis et iuramenti prestandi dicto d. Manfredino vel dicto Oddono seu heredibus eorum, sit ipse d. marchio Salutiarum et heredes eius semper et perpetuo exempti, absoluti et liberi ac immunes, et possit ipse d. marchio Salutiarum et heredes eius de dictis castris, locis, villis et iuribus et hominibus et quibuscumque sibi datis et concessis, ut sibi dare, vendere, concedere, alienare, obligare, testari, codicillari, legare et quidquid voluerit facere libere et absolute, tamquam de rebus suis propriis, liberis et franchis ad ipsius marchionis Salutiarum et suorum heredum omnimodam voluntatem, non obstante ullo pacto, conditione, iure, lege vel consuetudine in contrarium declinante, quia sic inter se dicte partes in principio dictorum contractuum et conventionum et in medio et fine per pactum iuvicem convenerunt. Que omnia et singula supradicti ipsi d. Manfrediuus et Oddonus promiserunt et corporaliter ad sancta Dei evangelia inraverunt attendere et observare etc.

Et ego Willielmus Laurenti de Carmagnolia notarius etc. (1).

(1) Comunicato dal preposto Meyranesio. Si può anche vedere stampato nel sommario della causa di Ferrania, pag. 61.

Dopo tali contratti que' marchesi del Carretto, divenuti vassalli del marchesato, vennero ad abitare in Saluzzo, ove accrebbero il novero delle molte famiglie distinte che di già vi dimoravano.

Le dissensioni che andavano di giorno in giorno crescendo tra padre e figlio davano presagio di funeste conseguenze. Comprendendo forse il marchese Manfredo che, scoppiando l'incendio, in tali trambusti difficilmente si sarebbe potuto pensare alle quattro sorelle di lui, monache nel monastero di Revello, alle quali rimaneva a pagarsi gran parte de' legati fatti dai loro genitori, opportunamente vi provvide con un suo decreto che diresse ai castellani e massai di Polonghera, affinchè pagassero a quelle sopra le rendite sue del luogo stesso di Polonghera ogni restante somma loro dovuta. L'ordine fu dato da Re-
1323. vello il 18 di gennaio dell'anno 1323.

Manfredus marchio Salutiarum castellanis et massariis nostris Polungherie tam presentibus quam qui pro futuris temporibus ibi erunt cum dilectione salutem. Cum sorores nostre dne Aliana, Margarita et Catherina sorores et moniales monasterii novi de Revello a nobis habere debeant pro legatis bone memorie quondam dominorum genitorum nostrorum infrascriptas pecunie quantitates. Videlicet quelibet ipsarum marchas decem argenti et similiter pro sorore nostra dna Costancia marchas decem argenti causa legatorum patris nostri, que sunt marche XL que posite sunt quelibet ipsarum marcharum de ipsarum sororum nostrarum beneplacito atque nostro ad libras novem Astensis monete nunc currentis que adscendunt ad libras CCCLX Astenses. Item pro resta legatorum matris nostre quondam quantitates infrascriptas habere debeant. Videlicet soror Aliana libras centum quinquaginta Viannenses et soror Margarita libras centum quinque Viannenses et soror Catharina libras centum quinque Viannenses, que adscendunt

ad libras CCCLX Viannen. valentes libras DXL Asten., de quibus debent diminui et detrahi lib. quatraginta Ast., quas a nobis habuerunt per manus Peroti clavarii Ville. Item habere debeant predicte sorores nostre pro legato dicte matris nostre pro qualibet ipsarum trium sororum nostrarum annuatim donec ipse vixerint libras quindecim Astens., que sunt libre XLV Astens. omni anno. Quas quantitates dictorum legatorum, videlicet libras CCCLX Astens. pro dictis marchis XL et pro dictis libris D Astens. pro resta dictorum legatorum volumus eis usque ad annos quatuor proxime venturos integre persolvi debere, scilicet quolibet anno quartam partem totius predicte summe librarum octingentarum sexaginta Astens. de quibus proveniunt in anno libre CCXV Asten., et ultra hoc pro legato annuali predicto libre XLV Astens. Volumus igitur et mandamus vobis expresse precipiendo quatenus de redditibus et proventibus quibuscumque loci nostri Polungherie dictis sororibus nostris predictas quantitates et quolibet anno, sicut premittitur, integre persolvatis, et maxime omni anno in festo Pentecostes ita et taliter quod in dictis quatuor annis proximis facta sit solutio totius dicte summe librarum DCCC LX Asten. occaxionibus supradictis et singulis annis predicte libre XLV Asten. eis similiter persolvantur, non obstantibus ullis assignationibus aliis ibi factis, excepta solummodo assignatione facta causa debiti Nicolai Cambiani, que prius persolvatur de dictis redditibus sicut per nos promissum extitit et iuratum. Pro quibus quantitatibus obligavimus dictis sororibus nostris omnes nostros redditus et quoscumque proventus dicti loci Polungherie. Mandantes vobis iterato et expressim iniungentes quatenus sicut premittitur dictis sororibus predictas quantitates et in terminis supradictis pacifice ac integre persolvatis in quantum vultis nobis facere complacere et indignationem nostram cupitis evitare. Datum cum appositione sigilli nostri pendentis sub anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo tertio, indictione VI, die XVIII mensis ianuarii, in Revello (1).

(1) Da pergamena già esistente negli archivi del monistero di Revello.

Apprezzeremo noi questo documento per le due importanti notizie che ci porge intorno alla corrispondenza e proporzione dell' intrinseca bontà, ossia del valore respettivo di alcune antiche monete. In primo c'instruisce questa carta che la marca d'argento ragguagliata alla moneta Astese corrente in quell'epoca corrispondeva a lire nove. Secondariamente che trecento sessanta lire Viennesi si pareggiavano a cinquecento quaranta lire Astesi; onde per quest'ultimo ragguaglio chiaramente ci risulti che la lira Viennese in confronto della Astese stesse come il tre al due.

Acquistato nel modo che dicemmo dal marchese Manfredo il diretto dominio sovra i già individuati luoghi del marchesato del Carretto, di quelli prese successivamente il possesso; ed in conseguenza di questo troviamo che nel dì 17 agosto del corrente anno sulla supplica datagli dal comune e dagli uomini del luogo di Cairo confermò ed approvò egli tutti i buoni usi, consuetudini, immunità e franchigie di cui godeva quella terra per le antecedenti concessioni degli antichi suoi signori: del che fu scritto dal notaio Guglielmo Laurenti il seguente instrumento.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem Domini millesimo tercentesimo vigesimo tertio, indictione VI, et die decima septima mensis augusti. Per hoc presens et publicum instrumentum cunctis pateat atque sit manifestum, quod cum universitas et homines loci Cairi, dnum Manfredum Saluciarum marchionem supplicavissent ut eisdem de sua benignitate confirmare et ratificare dignaretur omnes bonos usus, consuetudines, immunitates, libertates et franchisias quos et quas habent et habere consueverunt universitas

seu communitas et homines et singulares persone dicte universitatis Cairi, seu habitantes ibidem, nec non conventiones et pacta que et quas homines, universitas et predicte singulares persone dicte universitatis Cairi habuerunt cum dominis marchionibus de Carretto qui fuerunt domini Cairi et qui dictum locnm tenuerunt et qui fuerunt predecessores ipsius d. marchionis Saluciarum, ut patet ex instrumentis anni millesimi ducentesimi nonagesimi, diei xxx mensis octobris, et ex alio diei sexte decembris millesimi ducentesimi trigesimi quinti. Item donationem et investituram, libertatem et immunitatem concessam seu concessas per d. Othonem marchionem de Carretto in manibus tocius populi et communis Cairi et que et prout continetur instrumento anni millesimi ducentesimi trigesimi tercii, diei decime octave mensis septembris. Item pactiones, conventiones, immunitates, gratias, libertates et franchisias factas, datas et concessas per d. d. Oddonem et Ughetum marchiones de Carretto et per d. Manfredinnm filium qnondam dicti Oddonis marchionis de Carretto universitati et hominibus et singularibus personis loci Cairi, et omnia et singula que continentur in instrumento diei xxvii mensis septembris anni mcccvii. Prefatus d. marchio Salutiarum, intellectis et examinatis requisitionibus supradictis . . . . . , confirmavit, ratificavit et approbavit omnes et singulos bonos usus et bonas cousuetudines, immunitates et libertates et franchisias quos et quas hinc retro soliti sunt habere homines et singulares persone Cairi, et omnes et singulas pactiones, conventiones, libertates, immunitates, gratias et franchisias datas, factas et concessas commnni seu universitati et hominibns Cairi per marchiones quondam de Carretto predecessores dicti d. marchionis Salutiarum in dominio dicti loci Cairi, et maxime illa omnia et singula que reperirentur dicto communi seu universitati et personis singularibns dicti loci fuisse data, facta vel concessa per aliquos marchiones de Carretto dominos dicti loci et que homines dicti loci Cairi soliti fuerunt habuisse aut usi fuisse temporibus retroactis etc.

Et ego Wilielmus Laurenti de Caramaguolia notarius etc. (1).

(1) Carta avuta dal preposto Meyranesio.

Non punto dimenticando la marchesana Isabella l'utilità del suo figlio, seppe nel volger del presente anno destramente guadagnarsi il vecchio marito; e tanto potè sullo spirito di lui, che lo indusse a disporre per testamento favorevolmente al primo figliuolo del secondo letto, diseredando del principato il primogenito Federigo. Lasciava lo sconsigliato marchese a Federigo, come a semplice erede particolare, i soli luoghi di Carmagnola, Racconiggi, Migliabruna, Polonghera, Ternavasio, Caramagna e Cavallerleone; nel quale legato voleva ancora fossero comprese le ragioni dotali e della madre e della moglie di lui. E per contrario, facendo erede dei luoghi di Saluzzo, Revello, Envie, Martiniana, della villa e castello di Cardè, di Dronero con tutta la valle di San Damiano, di Valgrana, Monterosso, Prato di Leves, Castelmagno, Montemale, Caraglio, Bernezzo, Manta, Verzuolo, Melle, Frassino, Ponte, con le giurisdizioni sui vassalli di Baldissero; di Ruffia, Monasterolo, Scarnafiggi, Cervignasco, Barge, Sanfronte, Paesana e valle del Po, Castellaro, Pagno e Brondello, Costigliole, Rossana, Venasca, Solere, Votignasco, Villamairana, Salmore, Roccabruna, Paglieres, ed in fine di pressochè tutte le terre e borghi dell'antico patrimonio il secondogenito figlio Manfredo, quello dichiarava successore a lui e proclamava supremo signore del marchesato. Instituiva parimente in eredi particolari Teodoro e Bonifacio, altri suoi figliuoli; cioè Teodoro, de' castelli di Farigliano, Mombarcaro, San Benedetto, Corteniglia, Borgomale, Perletto, Torre d'Ussone, Cairo, Carcare, Altare, con tutte le terre, vassalli e

giurisdizioni sui paesi posti tra i fiumi Tanaro e Bormida fino al mare: e Bonifacio, de' luoghi di Brossasco, Piasco, Villanovetta, Mulazzano e Camerana (1).

Da questo testamento sconsideratamente fatto dal marchese Manfredo nel presente anno 1323 nacquero quelle lunghe terribili dissensioni domestiche che siamo per narrare; poichè Federigo, a cui per tutte le leggi spettava il diritto di successione negli stati paterni, mal comportando di vedersi posposto al minor fratello, deliberò di assicurarsi col mezzo dell'armi il possesso della a lui negata signoria. Aiutato in questa pericolosa impresa dal suo cognato Giovanni, Delfino di Vienna, cominciò ad occupare molte terre del marchesato prima ancora che morisse il padre; e per fortificarsi in ogni modo, onde porsi in istato di sostenere le ragioni sue contro il fratello, ricercò l'amicizia de' vicini e maggiormente di Filippo d'Acaia. Ma questo principe, che nulla trasandò mai di quanto gli si presentava opportuno per la propria esaltazione, mentre trattava l'accasamento della sua figlia Eleonora con Manfredo fratello e competitore di Federigo, seppe far tornare a suo profitto una tale congiuntura; e dovette perciò Federigo cedere a Filippo, per contratto del primo giorno di maggio del 1324, Revello, Carmagnola e Racco- 1324.
niggi, ripigliando quindi quei tre importanti luoghi in feudo da lui; e ciò dovette fare non tanto Federigo, ma ancora il suo figlio Tommaso, onde ottenere l'amicizia del principe, come si ritrae dal seguente estratto del succennato instrumento.

(1) Gioffredo Della Chiesa, pag. 130. — Sangiorgio, pag. 116.

De anno 1324 fuerunt inita pacta et conventiones inter Federicum de Salutiis primogenitum Manfredi marchionis Salutiarum et Thomam filium primogenitum ipsius Federici ex una parte, et Philippum de Sabaudia principem Achaie et Pedemontium et Iacobum eius filium ex altera parte, videlicet quod quotiescumque et quandocumque castra et loca Revelli, Carmagnolie et Raconisii ad ipsos Federicum et Thomam aut eorum alterum pervenerint et ad ipsorum dominium et signoriam fuerint devoluta ex successione vel alio quocumque modo, tunc dicta castra et loca donabunt, tradent et transferent cum ipsorum iuribus et mandamentis in d. d. principem Achaie vel in heredes suos, et in ipsius principis bayliam et potestatem ac facultatem vel suorum heredum ponent predicta loca et castra et ea deliberabunt infra unum mensem, postquam casus evenerit et postquam fuerit eisdem denunciatum ex parte dicti d. principis vel heredum; et hoc firmiter observare promiserunt sub vinculo iuramenti et sub pena viginti millium librarum Viennensium bonorum. Et ex adverso idem d. princeps Achaie per se, heredes et successores suos promisit solemniter dictis Federico et Thome, et pacto expresso convenit, quod quandocumque dicta castra cum villis, hominibus, signoria, pertinentiis et aliis posita fuerint et translata in ipsum d. principem aut ipsius heredes et successores et in eorum bayliam et potestatem pervenerint, ipse d. princeps eiusque heredes tenebuntur et debebunt cum solemnitatibus opportunis dicta castra cum pertinentiis eisdem Federico et Thome aut ipsorum heredibus dare et concedere in feudum nobile, rectum, antiquum, avitum et paternum, et eosdem tenebuntur de dictis castris cum pertinentiis investire, et subsequenter dicti Federicus et Thomas, ut vassalli ipsius d. principis, sibi vel suis heredibus de predictis castris cum pertinentiis et omnibus supradictis facient et iurabunt fidelitatem cum solemnitatibus opportunis etc., et latius ut in instrumento recepto et signato per Ioannem Rubeum de Mahoneriis notarium publicum anno predicto 1324, die martis in kalendis maii (1).

(1) *Summarium iurium serenis. ducis Sabaudiae super marchia Salut.*, docum. 4.

Ma, non ostante il disposto da questo instrumento, nello stesso giorno (tanto convien dire fossero pressanti gli affari di Federigo, quanto esigenti le domande del principe) altro se ne stipulò, nel quale enunciandosi la donazione che di tutto il marchesato aveva avuto Federigo dal padre suo nell'atto di emancipazione seguita, come accennò Lodovico Della Chiesa (1), al tempo del suo matrimonio con Margherita di Vienna, ed avuto perciò di questa il consenso e del figlio Tommaso, senz'altra riserva donò Federigo i luoghi suddetti di Revello, Carmagnola e Racconiggi al principe d'Acaia; e pei medesimi fattogli omaggio, ne riportò di poi investitura da lui, come vedesi dall'abbreviamento dello stesso instrumento che qui si apporta.

Eodem anno (1324) et die (martis in kalendis maii), per aliud instrumentum receptum et signatum per eundem notarium continetur, quod cum d. Manfredus marchio Salutiarum donationem fecisset Federico eius filio primogenito emancipato de tota terra sua quam habebat, tenebat et possidebat, prout idem Federicus asserebat et affirmabat de iis constare per instrumenta publica, tam de dicta emancipatione, quam donatione recepta et signata per Franciscum de Suavis notarium publicum. Ecce quod prefatus Federicus cum consensu et expressa voluntate Thome filii sui primogeniti ibi presentis, et etiam cum consensu et voluntate d. Margarite de Viennesio uxoris eiusdem Federici, donavit donatione pura, mera, simplici inter vivos irrevocabiliter eidem Philippo de Sabaudia principi Achaie presenti, et tam pro se quam pro Iacobo filio recipienti, castra, villas et loca Revelli, Carmagnolie et Raconisii cum eorum finibus et pertinentiis, cum clausulis in ampla forma. Et exinde idem Philippus princeps concessit et tradidit prefatis Federico et Thome eius filio dicta castra et

(1) *De vita ac gestis marchionum Salutiensium libellus*, pag. 10.

loca in feudum et nomine feudi nobilis, antiqui, et eosdem investivit; et ipsi Federicus et Thomas asserentes se esse vassallos ligios dicti d. principis inraverunt eidem fidelitatem cum clausulis opportunis etc., et latius ut in dicto instrumento recepto et signato per eundem Iohannem Rubeum notarium anno et die predictis (1).

Mentre queste cose si facevano a danno sommo dello stato, e che si stabiliva così dall' inesperto Federigo un non lieve titolo alle pretese del principe Sabaudo contro di lui e de' suoi discendenti (2), il marchese Manfredo padre concedeva ai Saluzzesi nuove franchigie, per prezzo delle quali dava il comune gran parte del suo territorio verso il Po. Di queste terre, allora pressochè incolte, si formò il distretto del nuovo comune di Cardè, già castello ed antico borgo di Saluzzo. Il motivo che spinse l'affascinato Manfredo a spartire dal territorio della sua capitale questa non piccola porzione di terre si fu per formare con quelle un sicuro appannaggio ed un vicino punto d'appoggio a guerresche imprese pel figlio suo e d' Isabella contro all'odiato Federigo. Ed in anni alquanto posteriori appunto dal castello di Cardè partirono quelle indisciplinate masnade d'avventurieri che unitamente alle truppe del re Roberto e d'un principe d'Acaia incendiarono e miseramente rovinarono la città nostra; ed in quello ancora, come vedremo, fu poi prigione il nipote dello stesso marchese Manfredo, di Manfredo autore primiero della rovina del generoso suo lignaggio. Ma leggasi l' istrumento di queste concessioni e convenzioni.

(1) *Summarium iurium etc.*, docum. 5.
(2) V. Denina, *Istoria dell' Ital. occid.*, tom. I, pag. 269.

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo quarto, indictione septima, die primo mensis decembris, in pleno et generali consilio communis Salutiarum voce precoum et campane sonitu, loco et more solito congregato, in quo erant plusquam due partes consiliariorum, infrascripta pacta et conventiones facta et facte, firmata et firmate fuerunt inter illustrem et magnificum virum dnum Manfredum marchionem Salutiarum pro se et suis heredibus et quibuscumque successoribus suis ex parte una, et Iohannem de Braida potestatem Salutiarum et sex sapientes infrascriptos, videlicet Menzam Peolerium, Iacobum Muletum, Poncium Falcha, Iacobum Iuvenalem, Ameotum Boschum et Petrinum de Couradino Vacha, electos per consilium Salutiarum ad infrascripta facienda et firmanda, nec non infrascriptos consiliarios Salutiarum de consensu et voluntate dicti potestatis, et ipse potestas de voluntate dictorum consiliariorum et credendariorum nomine et vice communis et universitatis et singularum personarum de Salutiis et habitantium ibi et que etiam in Salutiis de cetero habitabunt ex altera, pro bono et utilitate utriusque partis prout inferius describuntur. Primo enim predicti sex sapientes et dictus potestas una cum infrascriptis consiliariis seu credendariis Salutiarum, et dicti credendarii una cum dictis sex sapientibus ad infrascripta specialiter ordinatis de voluntate, auctoritate et consensu dicti eorum potestatis propriis eorum nominibus vice et nomine communis et universitatis et singularum personarum de Salutiis pro ipsis et eorum heredibus dederunt, tradiderunt, concesserunt et permutaverunt predicto dno marchioni pro se et suis heredibus recipienti totum illud nemus, quod appellatum est Cardettum, situm in posse et finibus Salutiarum, illud videlicet totum nemus Cardetti, quod erat communis Salutiarum, quod est ultra Padum, potissime sicut determinat Padus a Glandono superius usque ad terras seu prata heremitanorum Stapharde que sunt graugie Murticii (1), et descendendo de Pado secus dictas possessiones

(1) Murtizzo, regione del territorio di Saluzzo verso Cardè.

Murticii sicut designat quodam fossatum vetus factum inter dictum nemus et dicta prata Murticii, et sicut tendit dictum fossatum eundo superius versus cimam dicti nemoris, in qua cima est positus quidam lapis pro termino, et ab ipso termino eundo inferius ex parte occidentis sicut tendit quedam via sita secus dictum nemus usque ad fontem Carpani, et a dicto fonte sicut fluit rivus dicti fontis secus campum Alberti de Bargiis usque in Poysinum. Dantes et tradentes et cedentes titulo dicte permutationis dicti sapientes et credendarii consensu dicti potestatis nominibus quibus supra dicto dno marchioni pro se et suis heredibus recipienti totum illud nemus et iura omnia, que dictum commune Salutiarum habet seu habere debebat infra Padum, Poysinum et Iandonum, salvis et exceptis terris seu possessionibus quarumlibet singularum personarum, que in dicto nemore, seu inter dictos confines seu determinationes, possessiones haberent, videlicet illis possessionibus quas dicte persone solite essent ibi habere antequam prima divisio Cardeti facta fuisset inter dictum dnum marchionem et commune Salutiarum, quibus personis habentibus ibi specialiter aliquas possessiones nullum fiat preiudicium per supra vel infrascripta in eorum iuribus, sed eorum iura, que ibi habent causa dictarum possessionum, eis remaneant ibi salva. Item dicti sex sapientes et infrascripti credendarii, una cum dicto potestate et eius auctoritate et consensu, nominibus et causis supradictis, dederunt, tradiderunt, cesserunt et permutaverunt dicto dno marchioni pro se et suis heredibus recipienti terram seu pasquerium Fornacis situm in posse Salutiarum ubi dicitur *al pasquerium Fornacis*, sicut fossata (1) que circumeunt dictam terram ipsius dni marchionis, seu de dicto pasquerio, definiunt et demonstrant; cui coheret via publica a duabus seu tribus partibus, in capite vero coherent Iacobus Tiberga, Bertinus et Iacobus Ayanti, heredes Henrici Malore, Gullielmus Malora, et si alie sint coherentie

(1) Questi *fossati*, fossi che circondavano il ceduto *paschero* (pubblico pascolo) lasciarono il nome di *Fossato vecchio* ad una regione del territorio di Saluzzo assai vicina alla possessione di Propano. — *L'edit.*

permaneant. Quód nemus Cardeti et pasquerium dictus dnus marchio et heredes eius habeant, teneant et possideant iure proprio in perpetuum et de ipsis tamquam de rebus propriis faciant a modo quicquid velint ad ipsius d. marchionis et heredum suorum liberam voluntatem, super quibus rebus liceat ipsi d. marchioni et heredibus suis inducere et imponere servitutes et conditiones quascumque ad eius liberam voluntatem, non obstantibus ullis pactis, verbis seu punctis aliquibus contentis seu positis in conventionibus habitis seu factis inter ipsum d. marchionem et commune Salutiarum pro facto libertatis seu franchisie dicto communi concesse. Et vice versa dictus d. marchio pro se et heredibus suis et quibuscumque successoribus suis, dictis occasionibus et pro recompensatione et cambio predictorum sibi datorum per dictos sapientes et credendarios nomine dicti communis et universitatis et singularum personarum Salutiarum dedit, concessit et permutavit, cessit et transtulit, remisit, relaxavit et absolvit dictis sex sapientibus et infrascriptis credendariis recipientibus eorum et dicti communis et universitatis et singularum personarum de Salutiis nomine totum suum censum, quem commune seu homines Salutiarum ipsi d. marchioni dare et solvere tenebantur omni anno ex conventionibus factis inter ipsum d. marchionem et commune Salutiarum occasione franchisie seu libertatis dicto communi concesse per ipsum d. marchionem, et qui census esse debebat et esse consuevit omni anno libre ducente viginti octo Astenses, et sive reperitur plus sive minus debere esse vel fuisse a prestatione et datione seu solutione dicti census, ipse d. marchio pro se et heredibus et successoribus suis dictis occasionibus predictum commune et universitatem et homines et quascumque singulares personas dicte universitatis ex nunc pro se ipsis et eorum heredibus liberavit totaliter et absolvit ita et taliter, ut deinceps nullo tempore nullaque causa commune seu universitas aut homines seu singulares persone dicte universitatis ad dictum censum persolvendum seu aliquid aliud causa dicti census compelli possint per ipsum d. marchionem aut heredes seu successores eius seu per aliquam aliam personam eius nomine nec pro ipso:

simili modo, dictis causis et titulo, predictus d. marchio remisit, relaxavit, absolvit, donavit, cessit, permutavit et dimisit dictis sapientibns et credendariis dictis nominibns recipientibus totam illam militiam equornm sex cum roncinis et cnm tertia parte alterius equi et roncini, quam militiam et quos eqnos dictum commune Salutiarum tenebatur tenere seu facere habere et tenere semper et quolibet anno et quando perciperetnr per ipsum d. marchionem occasione feudorum uobilium de Salntiis, et ad quos eqnos habendos et tenendos dictum commune tenebatnr ex conventiouibus supradictis, absolvens et liberans ipse d. marchio per se et heredes suos et per quoscumque successores dictos sapientes, credendarios, commune et universitatem Salutiarnm et singulares personas dicte universitatis pro se et heredibus eorum ab omni servitio, prestatione et servitnte, ad quod seu quam dictum commune seu homines Salutiarum tenerentur ipsi domino marchioni occasioue dictorum sex equorum et tertie partis alterius cum roncinis, sed de ipsa militia predictorum equorum et de omni servitio et prestatione ipsorum voluit idem d. marchio dictum commune et bomines Salutiarum esse liberos, immnnes, exemptos et absolntos per se et heredes eorum in perpetuum ex superius dictis causis. Item predictus d. marchio ex dictis causis et titnlo dedit, concessit, remisit et permntavit dictis sapientibus et credendariis dictis nominibus recipientibns totam illam presam (1) gerbore, que sibi pervenerat ex divisionibus gerbore, que est inter viam Liagnaschi et viam Grangie Liagnaschi, que presa esse potest circa iornatas sexaginta, que sive sit plus sive minns esse debeat a modo dicti commnnis et dicto communi remaneat expedita. Item predictus d. marchio ex snpradictis cansis et titulis remisit, relaxavit, quitavit et absolvit dictis sapientibus et credendariis dictis nominibus recipientibus totnm illud nemus Cardeti cum snis appendentiis, quod est citra Padum similiter, et omnia alia et singula nemora et pasqua communia et omnia alia communia existentia in posse seu finibus Salutiarnm ubicnmque sint posita vel

(1) Parte, porzione. Ducange *in v. Presa.*

consistant, tam in burgo et villa seu ayralibus Salutiarum, quam extra, et tam in viis, fossatis, insulis, glariis (1), gorretis (2) quam alia quecumque communia, quocumque nomine appellentur, existentia in posse Salutiarum, exceptatis tantummodo nemore Cardeti, quod est ultra Padum, et pasquerio Fornacis, quantum de ipso tenet ad presens d. marchio supradictus et domo Gerbore cum suis pertinentiis et Gerbora sancti Eusebii, que est desuper via Liagnaschi, que sint et remaneant dicto d. marchioni. Item predictus d. marchio dictis causis dedit et concessit dictis sapientibus et credendariis nominibus quibus supra recipientibus, quod commune et homines Saluciarum possint ducere et duci facere in perpetuum per se et heredes suos ad eorum commodum et usum per bealeriam gerbore ipsius d. marchionis a Veraita usque in gerboram hominum Salutiarum aquam quantum potuerint et voluerint, non peiorando dictam bealeriam nec deteriorando ius aqueductus dicto d. marchioni, et quando homines Salutiarum seu commune Salutiarum dictam aquam duxerint, dividatur aqua in introitu gerbore inter dictum d. marchionem et dictum commune, prout conveniens fuerit et ut convenient inter eos. Item predictus d. marchio ex supradictis causis concessit predictis sapientibus et credendariis nominibus quibus supra recipientibus, et eis dictis nominibus libertatem et facultatem dedit et concessit, quod commune seu consilium Salutiarum possit ordinare et banna et penas iudicere omnibus foraneis, seu non habitantibus in Salutiarum finibus seu tenentibus aliquas possessiones in Salutiis vel in finibus Salutiarum, ut servitia, impositiones et onera seu taleas imposita et imponenda et impositas et imponendas eisdem per consilium seu homines Salutiarum solvenda seu facienda dicto communi persolvant occasione ipsarum possessionum aut collectoribus super hoc electis aut eligendis terminis super hoc ordinatis, et quod d. marchio compelli faciat dictos foritaneos ad predicta fodra solvenda et onera subeunda prout per consilium

(1) Ghiaie, siti arenosi e pietrosi in vicinanza de' fiumi.

(2) Vincheto, luogo pieno di piante di vinchi, alla quale pianta dà il nostro dialetto il nome di *gorra*.

Salutiarum fuerit ordinatum. Item predictus d. marchio voluit et concessit ut supra ex supradictis causis sapientibus et credendariis supradictis, dictis nominibus recipientibus, quod si aliqua possessio vel res immobilis sita in Salutiis aut in posse Salutiarum aperiretur aut perveniret ex nunc in antea ad ipsum d. marchionem vel heredes eius occasione bannorum vel donationis vel successionis causa vel alio quoquo modo, iure vel causa, quod ipsa res vel possessio non possit dari, vendi, legari, concedi, seu aliquo modo alienari, nisi tali persone et tali modo quod pro ipsa re solvantur et fiant pacta et conditiones que fient et fieri haberentur pro aliis rebus hominum Salutiarum, et aliter alienatio facta non valeat, exceptis illis tantummodo possessionibus, quas nunc tenet d. marchio supradictus in finibus supradictis, de quibus possit ipse d. marchio et heredes sui facere ad suam omnimodam voluntatem. Item supradictus d. marchio supradictis sapientibus et credendariis concessit nominibus supradictis, quod consilium, seu commune aut homines Salutiarum dictum nemus Cardeti, quod dicto communi remanet citra Padum, et omnia alia nemora, pascua et quecumque alia communia, ubicumque sint in posse seu finibus Salutiarum, possint bannire quibuscumque personis et bestiis, et tam ipsi d. marchioni et masuenghis et bestiis suis quam aliis quibus voluerint, et penas et banna ordinare et imponere super ipsis, nec non dicta nemora, pascua et communia debannire, dividere inter se, dare, vendere et alienare quocumque modo et quandocumque voluerint ad ipsorum omnimodam voluntatem, et quidquid ordinaverint in predictis, aut fecerint banniendo vel debanniendo, dividendo, vendendo vel aliter alienando vel faciendo ut eis placuerit, dictus d. marchio per se et suos heredes observare et observari facere teneatur vinculo iuramenti. Item si contingeret aliquo tempore ad presens vel in futurum quod fieret vel fierent per commune seu consilium seu homines Salutiarum seu per quemcumque alium, qualicumque modo vel causa fierent in Salutiis alique gabelle, sive maletolte (1), sive alie impositiones quibuscumque modis

(1) Tributi, dazi.

censeantur, per quas homines Salutiarum, sive venientes ad locum Salutiarum, quoquo modo solverent vel tenerentur aliquid facere vel dare pro impositionibus predictis, quod tertia pars illius, quod daretur inde et reciperetur, sit dicti d. marchionis et relique due partes sint communis supradicti, quia sic per pactum expressum actum extitit inter eos, salvo et reservato ipsi d. marchioni et heredibus eius in omnibus et singulis supradictis mero et mixto imperio et totali dominio, iurisdictione et signoria et contitu, in quibus nullum fiat sibi preiudicium per aliquod predictorum. Que omnia et singula supradicta ipse d. marchio per se et heredes suos ex parte una, et dicti sapientes et credendarii auctoritate dicti potestatis nomine dicti communis et universitatis et singularum personarum dicte universitatis ex parte altera, promiserunt sibi invicem solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, nec non mihi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti vice et nomine omnium, quorum interesse posset, et corporaliter ambe partes tam dictus marchio, quam dicti sapientes et credendarii iuraverunt ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, quelibet pars in suo casu attendere, facere et servare, et non contrafacere vel venire per se vel aliam personam aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto sub damnorum et expensarum ac interesse litis et extra restitutione hinc et inde, et sub omnium bonorum utriusque partis et dicti communis obligatione, que proinde sibi invicem dicte partes pignori obligaverunt. Renunciantes dicte partes in omnibus et singulis supradictis ex certa scientia et expresse exceptioni doli mali, condictioni sine causa et ex iniusta causa, et quod metus causa et ob turpem causam et in factum actioni et auxilio dicendi vel opponendi se fore lesam et deceptam aut ad predicta facienda dolo inductam et cuilibet iuri et legum auxilio per quod posset contra predicta vel aliquod predictorum fieri vel veniri, ita quod in hac generali renunciatione quelibet specialiter intelligatur apposita et expressa. Nomina vero credendariorum qui ad predicta interfuerunt facienda sunt hec: d. Franciscus dni Iuliani iurisperitus, Ioannes de Garro, Iacobus Iuvenalis, Iacobus Salvaticus,

Iacobus Muletus, Bertinus Tampanus, Nicolinus Patritus, Gulielmus de Vascho, Pontius Falcha, Iacobus Palonus, Iacobus de Mondaglo, Menza Peolerius, Gulielmus Berardus, Franciscus Vacca, Garofolus Brea, Payrolus Falco, Georgius Bardus, Petrinus de Conradino Vacca, Ameotus Boscus, Carle de Montegrosso, Iohannes de Ruxiana, Iacobus Rastellus, Antonius Vercellinus, Nicolinus Vaynerius, Hugo de Bernardo, Perinus Salvaticus, Iohannes de Mondino, Gulielmus Tiberga, Iacobus Tiberga, Antonius Patritus, Manfredus Rolandus, Bartholomeus Hosbergherius, Antonius Zomarandus, Bertinus Olliverius, Hugo de Bosco. De quibus iussa sunt mihi notario infrascripto ab ipsis partibus eiusdem tenoris fieri publica instrumenta consilio sapientum. Actum fuit Saluciis sub portica domus d. marchionis, ubi ius redditur, presentibus d. Henrico et Nicolao de Braida, Thoma Anselmo de duis Bargiarum, Bernabo de Romagnano, Iacobo Abello notario, et pluribus aliis testibus adhibitis et rogatis. Et ego Gulielmus Laurentius de Carmagnolia imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi (1).

Anche questo instrumento fu scritto sotto il portico della casa che nel borgo aveva il marchese Manfredo; ed appunto coi portici si vede costrutta quella che dicemmo situata presso l' antico palazzo del comune e propria de' nostri marchesi. Da questo stesso instrumento dippiù impariamo che quel portico era il luogo dove si amministrava la giustizia; ed altre notizie degne d'osservazione ancora ci fornisce l'apportata carta.

Vediamo che convocavasi il consiglio maggiore, ossia generale, non tanto a suono di campana che a voce di grida, a voce di banditore; a diversità delle congreghe ordinarie per le quali soleva il messo per verbali avvisi convocare i consiglieri.

(1) Dagli archivi della città di Saluzzo.

Ci confermiamo sempre più che i sapienti erano persone del consiglio, le primarie però ed i principali regolatori, a' quali davasi la maggiore autorità nel governo, perchè savii e letterati; ed impariamo che sei sapienti aveva il consiglio del nostro comune in quest'epoca.

Per la prima volta troviamo nominati e consiglieri e *credendarii*. Sebbene tutti provveditori ed amministratori fossero del comune, non lieve tuttavia era la differenza che tra quelli passava; la notò il Muratori (1), il quale, indagando che cosa significasse ne' mezzani tempi la voce *credenza*, trovò che altro non esprimeva se non *segreto*, donde venne *giurar la credenza*, *promettere*, *tener la credenza* ed altre simili frasi presso gli scrittori Italiani. Potè forse aver avuto origine questa voce da ciò che un qualche segreto, un qualche negozio pubblico *credebatur alicui*, o perchè si credesse alla fede ed alla onoratezza altrui; in una cronaca manoscritta di Milano citata dal predetto autore si legge: *consules credentiae sic dicti, quia erant viri creditivi et fide digni*. Nelle piccole repubbliche d' Italia v'era il consiglio generale composto de' nobili e di que' popolani che avevano diritto al governo della città. Talvolta non a cento, ma a mille persone, soggiugne Muratori, ascendeva il numero de' componenti questo consiglio, nella cui autorità era posto il supremo comando. Ma siccome negli affari politici tanto di guerra che di pace occorrono sovente delle materie che vogliono essere trattate con grande

(1) Antichità Italiane, dissert. 52, pag. 127.

cautela e segretezza, il che difficilmente sarebbesi potuto ottenere avanti ad un consiglio generale, perciò ogni ben regolata città constituì un consiglio minore formato da pochi, ma scelti e migliori membri dell'università, a cui si rimettevano le segrete risoluzioni del governo, eseguendosi poi quello che dal voto dei più restava determinato. Questo secondo consiglio si appellava il consiglio di credenza, cioè del segreto, perchè chiunque vi entrava si obbligava di non rivelare i punti che ivi si trattavano o si risolvevano. Tale costumanza delle altre città d'Italia introdotta pur venne in Saluzzo, la quale ebbe similmente il suo consiglio di credenza, i di cui membri appellavansi *credendarii*, come l'instrumento c'insegna.

Il bosco di Cardè proprio del comune, e da questo ceduto al marchese, trovavasi in gran parte al di là del Po. Conosciamo noi perciò, che a ben cinque miglia da questa parte si estendeva il territorio di Saluzzo, arrivando insino al rio Giandone.

Altro fondo ceduto dal comune si è il pascolo detto *della Fornace*, anche situato nel territorio di Saluzzo, e così detto per avventura dall'esistervi in esso una qualche fornace; questo pascolo poi indubitatamente è quello di cui si fe' cenno all'anno 1231, e che si disse formasse una parte di quella spaziosa tenuta oggidì appellata Propano. Alcuni documenti da me esaminati, e principalmente una carta del 19 dicembre del 1378, servono a provare questa mia asserzione.

In compenso di quanto se gli cedeva dal comune il marchese Manfredo liberò i Saluzzesi da quell'annuo censo che coll'instrumento del 18 febbraio 1299

per le prime accordate franchigie erasi convenuto pagarsegli in lire cento ottanta Astesi, aumentate a quest'ora, in seguito forse al progressivo decrescimento del valore delle monete, a lire ducento vent'otto. Li liberò parimente dall'obbligo di somministrare que' cinque cavalli e ronzini che in vigor del precitato instrumento era il comune tenuto di provvedere ad ogni richiesta del marchese, e che erano poi anche, come si vede, stati aumentati a sei cavalli e sei ronzini e ad una terza parte d'altro cavallo e ronzino: il che ci fa conoscere che con danaro si soddisfacessero dal comune coteste cavalcate in occasione di guerra, piuttosto che colla reale provvista di quella milizia.

Col qui allegato instrumento dell'anno 1299 erasi anche convenuto che il marchese dovesse avere la terza parte di que' beni della Gerbola che si fossero divisi ed a particolari persone assegnati. Per le fatte divisioni da allora in poi erano pervenute pel suo terzo al marchese giornate sessanta, e queste pure dimise e rilasciò ai Saluzzesi insieme a tutti i siti, boschi e pascoli comuni, ovunque si trovassero, *tam in burgo et villa seu ayralibus Salutiarum*; cioè nel borgo che era l'abitato superiore posto entro il recinto delle mura: nella villa, cioè nel più antico abitato posto al piano; e negli *airali* che erano siti spaziosi con case rustiche esistenti in vicinanza della villa e destinati particolarmente per ritirare e battere le messi. Tutti questi siti furono dal marchese ceduti, eccettuato soltanto il bosco di Cardò al di là del Po, il pascolo della Fornace e la Gerbola di sant' Eusebio

al di sopra della strada di Lagnasco, così nominata perchè attigua all'antica chiesa di sant'Eusebio.

Ci accaderà di rinvenire in qualche documento menzionata questa tenuta sotto il nome di Prese di sant'Eusebio, nome originato appunto dalle varie porzioni che si prendevano dal marchese, giusta il convenuto in quell' instrumento. Di queste parti di terreno gradatamente avute e riunite si formò la considerevole tenuta che ebbe il nome di *Prese*, cioè porzioni ripartitamente acquistate, nome che si conservò sino ai nostri giorni.

Per irrigare gl'incolti beni della Gerbola, accordò Manfredo la facoltà agli uomini di Saluzzo di condurre quant'acqua loro fosse necessaria pel canale volgarmente detto *bialera* della Gerbola derivante dal fiume Vraita: questo canale, perchè proprio del marchese, prese a distinguersi indi in poi col nome che tuttora ritiene di *bialera Marchisa*.

Facoltà anche fu data al consiglio di poter imporre bandi e pene contro i foranei e sottoporre le loro possessioni situate nel territorio alle taglie, prestazioni e carichi che sarebbero stati imposti. Foranei appellansi nell'instrumento quelli che non abitano dentro le fini di Saluzzo, ma più estesamente la loro condizione si spiega nel capo 69, collezione prima, degli antichi statuti Saluzzesi.

De hiis qui foritanei seu extranei dicuntur a loco Salutiarum.

Item statutum est quod omnes et singule persone que non habitant in Saluciis ad locum, fochum et cathenam et cum familia sua, si habent, et que etiam ibi non faciunt pares condiciones terre, sicut ceteri homines de Saluciis, sicut extranei et pro extraneis reputentur, nec eis prosint capitula,

franchixie et libertates Saluciarum, nisi tamquam extraneis, et foritanei appellentur; hoc addito, quod officiales d. marchionis stantes et habitantes in alio loco marchionatus Saluciarum ad exercitium officiorum suorum, dummodo sint de Saluciis et substineant in Saluciis onera, sicut ceteri de Saluciis, pro eorum rata, non intelligantur extranei, sed gaudeant beneficiis et libertatibus loci Salutiarum sicut ceteri.

Accordò altresì il marchese al comune la facoltà di formare i bandi per tutti i boschi e pascoli che ancor gli restavano, e di stabilire le pene contro i trasgressori di quelli.

Si convenne finalmente tra il marchese ed il comune che, venendosi da questo ad imporre in Saluzzo gabella od esazione qualunque o servizio personale, dovesse per un terzo parteciparne il marchese.

In principio dell'instrumento si narra che a quella generale congrega intervenute fossero più che le due parti de'consiglieri: dalla enumerazione poi delle sottoscrizioni constandoci che intervennero in numero di trentacinque, io son d'avviso che di trentasci consiglieri composto fosse a questi tempi il consiglio, numero che prefisso si vede nei più recenti nostri statuti. Queste stesse sottoscrizioni altrettante famiglie Saluzzesi ci indicano in buona parte meritevoli di particolar menzione.

La prima si è quella de' Giuliani detta nelle scritture *de domino Iuliano* o *domini Iuliani*, della quale veggiamo noi Francesco, che fu eccellente giureconsultò, e che meritossi l'onorevole carica di consigliere di uno de' nostri marchesi (1).

(1) Monsignor Della Chiesa, *Discorsi sopra le antiche famiglie di Saluzzo*, articolo *Giuliani*.

I Garro, detti anche Garroni, che furono consignori di Costigliole (1), della di cui famiglia qui abbiamo Giovanni.

I Giovenali, che di tempo in tempo incontreremo nel decorso di queste memorie, continuarono la loro residenza in Saluzzo sin verso la metà del secolo decimosesto.

De' Salvatici già trovammo noi un Giovanni che fu uno dei sessanta uomini del marchesato, i quali in Saluzzo confermarono con giuramento nel 1202 il matrimonio di Bonifacio, figliuolo del marchese Manfredo II; della stessa casa sono Giacomo e Petrino consiglieri in quest'anno del nostro comune (2).

La famiglia di Vasco, così cognominata perchè originaria del luogo di Vasco nelle vicinanze di Mondovì, si stabilì in Saluzzo nella persona di Manfredo del Vasco, che fu de' primi gentiluomini del marchese Manfredo III: di quel casato furono Nicolò scudiere e camerlingo del marchese Tommaso I, e Guglielmo nominato a quest'anno fra i consiglieri di Saluzzo (3).

Così anche della famiglia Falca già ci si presentò Guglielmo, uno parimente de' sessanta individui del marchesato ricordati all'anno predetto 1202; e della stessa casa pure si è il Ponzio Falca consigliere all'anno presente (4).

I Palloni, famiglia distinta in Saluzzo fin dal 1195, nel qual anno troviamo un Giacomo alla corte del

(1) *Vita di monsignor Giovenale Ancina*, cap. XVII, § VI.
(2) Monsignor Della Chiesa nei suoi *Discorsi ecc.*, art. *Salvatici*.
(3) Lo stesso, articolo *Vasco*.
(4) Ivi, articolo *Falca*.

marchese Manfredo II, ed altro Giacomo, uno dei più accreditati nostri notai al tempo non tanto del marchese Tommaso I, che del presentaneo marchese Manfredo IV; di cotesto Giacomo verisimilmente è figlio l' altro Giacomo che a quest' anno veggiamo consigliere.

Il Giacomo de Mondaglo, o de' Mondagli, espressamente qui rammenteremo per dar prova dell'esistenza di tale famiglia in Saluzzo, dalla quale dicemmo derivato il nome d'una delle cinque porte del fortificato borgo.

Due della famiglia Vacca si vedono a quest'anno consiglieri, Francesco e Petrino, figliuolo quest'ultimo di quel Corradino, di cui già parlammo all'anno 1299.

Quelli del Bosco, i quali monsignor Della Chiesa (1) crede derivati dal castello del Bosco nell' Alessandrino, vennero in Saluzzo ai tempi del marchese Manfredo II, da cui sin dall'anno 1190 tenevano in feudo molti beni; di questa stessa casa sono Ameoto ed Ugo del Bosco nel nostro instrumento ricordati.

Da Ugone Berardo, che con titolo di signore veggiamo nominato nell' instrumento di confermazione di franchigie agli uomini di Dronero, per noi apportato all'anno 1254, discese la famiglia Saluzzese de' Berardi, detti altramente di San Damiano, perchè originarii del luogo di San Damiano in Val di Macra, e che signori furono del castello di Cartignano posto nella stessa valle (2). A questa famiglia appartiene

(1) *Discorsi sopra le antiche famiglie ecc.*, articolo *Del Bosco*.
(2) Lo stesso, articolo *Berardi*.

il Guglielmo, consigliere di Saluzzo a quest'anno.

Giacomo Rastello, cred'io, sia stato il primo di quel casato che venne a stabilirsi nella nostra città dal vicino luogo di Manta: comunque, ella è certa cosa che questa famiglia visse ne' secoli posteriori in Saluzzo, come s'impara dalla seguente iscrizione di carattere antico che leggiamo sulla parete a mano destra della chiesa di san Martino:

Sepulcrum providorum virorum illorum de Rastellis: an. 1442.

De' Tiberga si trovano memorie fin dall'anno 1196, nel qual anno già si vede che tenevano beni feudali nel marchesato; di questa famiglia Guglielmo Tiberga fu anche uno de' sessanta gentiluomini intervenuti all'atto di giuramento prestato nell'anno 1202 pel matrimonio di Bonifacio: di questo stesso casato sono pure Guglielmo e Giacomo Tiberga.

Fra i testimonii poi a questo instrumento sottoscritti noteremo Enrico e Nicolao Braida; questa famiglia Saluzzese venne da Alba sotto la protezione del marchese Manfredo II. Noi troviamo un Enrico Braida consignor di Bagnolo nell'anno 1198, ma i di lui successori furono poi signori di Castellaro e Brondello, di Racconiggi e Casalgrasso, e di parte di Mulazzano, e tennero altresì alcune cose feudali in Carmagnola.

Così pure noteremo Tommaso Anselmo, discendente dagli Anselmi nativi e consignori di Barge, venuti ai tempi del marchese Tommaso I a stabilirsi in Saluzzo (1), dove si sostenne questa famiglia sin oltre alla metà del secolo decimosesto.

(1) *Vita dell'Ancina*, cap. 17, § v, pag. 49.

Sin qui ci ha intrattenuti questa carta di nuove franchigie: ripiglieremo ora l' interrotta narrazione.

Fra i tumulti delle due contrarie parti, che le esposte discordie di famiglia fomentavano, non tutti i sudditi del marchesato fedeli perseveravano verso il loro signore, e gli uomini di Mombarcaro specialmente cominciarono a declinare da quell'obbedienza che avevano sin qui prestata al marchese Manfredo. Se ne lagnò egli col marchese di Monferrato, ed implorò la di lui assistenza per ricondurre quegli abitanti al loro dovere; ma altro non fece il marchese Teodoro che loro comandare, con lettere date nel dì 23 febbraio dell'anno 1325, di obbedire al 1325.
marchese di Saluzzo, come a loro vero signore (1); pare anzi che lo stesso Teodoro inclinasse a favorire il figlio Federigo, poichè in marzo di quest'anno egli lo accettò in sicurtà di Filippo d'Acaia per l'osservanza di alcuni patti convenuti con quel principe (2).

Per continua istigazione della matrigna aumentandosi di giorno in giorno l'odio paterno, veggiamo che con instrumento del 14 luglio passò il vecchio Manfredo a far donazione per causa di morte al figlio Manfredo di pressochè l' intiero marchesato, come puossi vedere dal tenor dell' instrumento medesimo che, sebben in qualche parte mancante, qui apportiamo.

Con questa, premessa la decisione che Tommaso sia il vero e solo marchese di Saluzzo, e che ad esso, come primogenito, appartenga il reggimento e la signoria del marchesato, si dichiarò nel resto: non doversi da Manfredo molestare Tommaso ne' suoi diritti; esser egli in possesso del dritto di vassallaggio per que' luoghi tutti del marchesato nella sua proposta annotati; al medesimo appartenere Saluzzo ed il suo castello, le terre ed i castelli di Cardè e di Cornafame, e quegli altri luoghi posti al di là del Tanaro occupati da Manfredo e Teodoro, i quali luoghi e castelli tutti debbano da questi in conseguenza subitamente venir rimessi e restituiti al nipote loro; che tutte le ingiurie e le offese personali vicendevolmente fattesi prima che Giovanni marchese di Monferrato proferisse il suo lodo si abbiano per rimesse; e si pronunziò ancora che rimesse e condonate pur fossero le penali pecuniarie stabilite nei varii compromessi fatti nelle persone di Giovanni e di Giorgio de' Saluzzi, del principe d'Acaia, d'Aimone conte di Savoia e di Guglielmo di Biandrate. Si dichiarò inoltre doversi assolvere il marchese Tommaso

dalla dimanda che dagli zii Manfredo e Teodoro si faceva per la declaratoria di spettanza ad essi dei luoghi e castelli nella loro proposta specificati; doversi ciascuna delle parti rispettivamente assolvere dalle spese nella causa fatte; e finalmente che buona e vera pace fosse tra esse in avvenire, e che in conseguenza si dovesse por fine alle ingiurie ed alle offese.

Dal che si scorge che, tolto il compenso, che pur sarebbe stato dovuto ai miseri sudditi, e la grandiosa somma d'indennizzazione chiesta dal marchese Tommaso, e che, come si vide, faceva egli ascendere al di là di quattrocento sessantacinque mila fiorini d'oro, somma che in ogni caso poi non si sarebbe certamente potuta pagare dai fratelli Manfredo e Teodoro, sia stato nel rimanente favorevole a ciascuna delle altre sue dimande il giudicato, il quale per noi intiero vuolsi in queste memorie inserire.

In nomine Domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo, tercentesimo quadragesimo sexto, indictione quintadecima, die mercurii sexto mensis septembris. Quoniam rex pacificus pia miseratione disposuit subditos fore pacificos, nemoque plus esse potest cultor iustitie quam pacis auctor, cumque lites, controversie, questiones, discordie et rancure plurime et diverse fuissent et essent et maiores verti possent, sperarenturque esse verisimiliter in futurum inter illustres viros dominum Thomam qui se dicit marchionem Saluciarum filium bone memorie domini Frederici primogeniti condam bone memorie domini Manfredi marchionis Saluciarum morantem in loco Revelli episcopatus Taurinensis ex una parte, et dominos Manfredum, qui similiter se dicit marchionem, et Theodorum fratres de Saluciis filios condam prefati ill. domini Manfredi marchionis Saluciarum morantes in loco Cardeti dicti episcopatus Taurinensis ex altera, et prefati domini Thomas, Manfredus et Theodorus volentes ad pacem et concordiam devenire

et antiquum amorem et gratiam ipsis partibus in antea reintegrare et reformare, omnemque rancorem et livorem de ipsis cordibus removere et extirpare protinus, sponte et ex certa scientia ac voluntate, omnimodo iure et forma quibus melius et efficacius possent pro se ipsis et eorum hominibus, vassallis et subditis, coadiutoribus, adherentibus et sequacibus ipsorum de marchionatu Saluciarum, se se compromisissent et compromissum fecissent generalem et generalissimum in reverendissimum patrem et dominum dominum Iohannem, Dei et apostolice sedis gratia sancte Mediolanensis ecclesie archiepiscopum, ac magnificum et excelsum dominum dominum Lucbinum fratres Vicecomites, civitatum Mediolani etc. dominos generales, tamquam in arbitros et arbitratores, lauditores et definitores et amicabiles compositores, bonos viros et amicos communes, de omnibus et singulis litibus, questionibus, controversiis, discordiis, guerris, inimicitiis, violentiis et iniuriis realibus et personalibus, et aliis quibuscumque que essent et esse possent seu verti vel oriri quomodolibet sperarentur inter partes predictas, principaliter occasione hereditatis et bonorum mobilium et immobilium, castrorum, villarum, hominum et terrarum cultarum et incultarum dicti condam domini Manfredi olim marchionis Saluciarum existentium in planis et montaneis marchionatus Saluciarum, ceterorumque iurisdictionum quarumlibet et vassallorum et fidelitatum et homagiorum atque iurium feudalium, non feudalium, ceterarumque rerum et bonorum ad marchionatum Saluciarum spectantium et pertinentium quocumque modo vel causa, et generaliter quacumque occasione vel causa, que dici vel excogitari posset modo aliquo vel ingenio, tam de iure quam de facto, ac de omnibus et singulis homicidiis, incendiis, vastis . . . . . , bannis, delictis, contumaciis, datiis, extimis, dampnis, rapinis, excessibus, insultibus, delapidationibus, depopulationibus, gravaminibus, iacturis, odiis, rancuris et malevolentiis, tregua et treguis et pace semel et pluries violatis seu fractis hinc inde inter dictas partes vel ipsarum aut alterius earum occasione illatis, factis, commissis et perpetratis qualitercumque et quomodocumque et ubicumque, ac etiam de omnibus et singulis, que ipse partes quacumque vel

qualicumque occasione vel causa haberent inter se singulariter et principaliter agere vel petere seu facere, et etiam super omnibus et singulis ab ipsis et ipsorum quolibet emergentibus, dependentibus et connexis, promiseruntque dicte ipse ambe partes omnia et singula dicta, sententiata, precepta, arbitrata et arbitramentata, terminata, diffinita, declarata, interpretata et reformata qualitercumque, quomodocumque et ubicumque per prefatos dominos arbitros et arbitratores inviolabiliter, perpetuo attendere et observare, eaque rata, grata et firma habere et tenere et ea incontinenti homologare, ratificare et approbare sub pena et in pena florenorum triginta millium auri iusti ponderis et bone lige et refectione damnorum, expensarum et interesse dandorum, solvendorum et restituendorum per partem non servantem seu servare nolentem ea precepta et arbitramenta que fuerint per prefatos dominos Iohannem et Luchinum arbitros ut supra, pro dimidia eisdem dominis Iohanni et Luchino arbitris et arbitratoribus ut supra, et pro alia dimidia alteri parti ea attendenti sen attendere et observare volenti, et que pena toties committetur et exigi posset, quoties per ipsas partes seu alteram ipsarum contra ipsa precepta et arbitramenta seu aliquod capitulum eorum preceptorum et arbitramentorum factum vel ventum fuerit, et prout in instrumentis illorum compromissorum, uno videlicet facto per ipsum dominum Thomam anno proxime preterito curso millesimo tercentesimo quadragesimoquinto, indictione quartadecima, die martis vigesimoquinto mensis octobris, et altero facto per predictos dominos Manfredum et Theodorum dictis anno proxime preterito et indictione quartadecima, die iovis vigesimoseptimo mensis octobris, traditorum et rogatorum per Petrinum de Faxolliuis notarium infrascriptum plenius et seriosius continetur. Idcirco nos prefati Iohannes Dei et apostolice sedis gratia sancte Mediolani ecclesie archiepiscopus et Luchinus fratres de Vicecomitibus civitatum Mediolani etc. domini generales, arbitri, compromissarii, arbitratores, laudatores, diffinitores et amicabiles compositores, boni viri et amici communes, ut premittitur, per suprascriptas partes concorditer electi, qui videri et diligenter examinari per nostros vicarios fecimus tenores dictorum

compromissorum et penam in eis appositam et omnia et singula in eis compromissis inserta, et petitiones ipsarum ambarum partium, quarum videlicet illius prefati domini Thome marchionis tenor sequitur in hanc formam etc., alterius vero videlicet illius predictorum dominorum Manfredi et Theodori talis est etc. Et qui videri, audiri et intelligi et examinari fecimus omnia iura et rationes que ipse partes producere voluerunt, et omnia et singula que ipse partes et quelibet ipsarum et earum advocati et procuratores coram sapientibus viris dominis Iacobo de Strictis, Petro de Lambertinis, militibus, et Stephano de Tetoziis omnibus legum doctoribus, nostris vicariis generalibus ac in prefata questione nostris auditoribus specialiter deputatis, dicere, producere, ostendere et allegare voluerunt, et qui super ipsis omnibus et singulis cum prefatis nostris vicariis et auditoribus, participato consilio, diligentem habuimus deliberationem et examinationem, non intendentes vobis ex infrascriptis vel alicui eorum preiudicare nec derogare arbitrio nobis concesso vigore compromissorum in nobis factorum, in procedendo vel pronuntiando vel interpretando vel declarando et immutando vel corrigendo, sed potius omne nostrum arbitrium et bayliam nobis reservando in omnibus et per omnia in qualibet parte contentorum in dictis compromissis, Christi nomine et eius Matris gloriose auxilio implorato, sedentes pro tribunali in infrascripto loco nostre habitationis, quem locum pro presenti ad infrascripta fienda pro idoneo et decenti elegimus et declaramus, volentes dictas questiones terminare et definire ex hiis, que coram ipsis nostris vicariis producta et allegata sunt, nostra facimus arbitra, arbitramenta, declarationes, decisiones et laudationes inter partes predictas in hunc modum.

In primis dicimus, pronuntiamus, laudamus, definimus, declaramus et arbitramur dictum dominum Thomam esse unicum et solum marchionem marchionatus Saluciarum et ad ipsum, ut primogenitum, marchionatum, regimen et omnimodam iurisdictionem, administrationem, seignoriam et gubernationem ipsius marchionatus Saluciarum et cetera iura ipsius marchionatus, et ad ipsum marchionatum spectantia et

pertinentia, spectare et pertinere de iure, et ipsi domino Thome tamqnam marchioni per unumquemque de marchionatu debere obediri. Item dicimus, pronuntiamus, laudamus, definimus, declaramus et arbitramur dictum dominum Thomam esse in possessione vel quasi dicti marchionatus et iuris, dignitatis et seignorie et regiminis, inrisdictionis et administrationis ipsius marchionatus et iurium ipsius marchionatus Saluciarum, et eum de cetero non esse molestandum nec inquietandum per dictnm dominum Manfredum, et quod dictus dominns Manfredus de cetero ipsum dominum Thomam non molestet nec inquietet in dicta possessione vel quasi nec in iuribus ipsius marchionatus nec in aliquibus spectantibns et pertinentibus ad ipsnm marchionatum Saluciarum, sed a molestatione, inquietatione et turbatione penitus se abstineat. Item dicimus, pronuntiamus, laudamus, definimus et deliberamus et arbitramur dictum dominum Thomam marchionem esse in possessionem vel qnasi iuris vassallatici et vassallorum dignitatis, et honoris et iuris et iurisdictionis de infrascriptis et pro infrascriptis castris, terris et locis, videlicet Baudisserii, Vallisfenarie, Isolebelle, Tranavaxii, Caramanie, Fortispassus, Carpanete, Bonevallis, Caballariileonis, Rolfie, Monestaroli, Scarnafixii, Ville, Vautignaschi, Costilliolarum, Venasche, Roxane, Sancti Petri, Bordelli, Pagni, Zerbole, Mante, Cervignaschi, Crussolii, Onzini, Aostane, Polonguerie, et qnod dominus Thomas est in possessione infrascriptorum castrorum, villarum et locorum, videlicet Revelli, Henviarum, Martignane, Paysane, Bargiarum, Verzolii, Brossaschi, Melli, Sancti Eusebii, Fraxini, partium Pontis-Bellini, et Bertinarum, vallis Mayrane, Rochebrune, Sancti Damiani, Pallierii, Zoardi, Cartignani, Moscheriarum, Castrimagni, castri Vadisradie, Raconixii, Mogliabrune, Carmagnole, Castellarii; et iuris vassallatici omnium et singulorum scriptorum locorum, castrorum et villarum et hominum, et eum de cetero non esse molestandum nec inquietandum per dictum dominum Manfredum, et quod dictus dominus Manfredns non inquietet nec molestet nec turbet prefatum dominum Thomam marchionem in possessione et quasi scriptorum castrorum, locorum et villarum et

iurisdictionis, regiminis et administrationis et seignorie predictorum castrorum, locorum et villarum et iuris vassallatici et vassallorum predictorum. Item dicimus, pronuntiamus, laudamus, definimus, declaramus et arbitramus dictum dominum Thomam marchionem esse in possessione infrascriptorum castrorum, locorum et villarum et in quasi possessione regiminis et gubernationis et administrationis et seignorie infrascriptorum castrorum, locorum et villarum et hominum et iuris vassallatici ipsorum et cuiuslibet ipsorum, scilicet Verzolii, Brossaschi, Melli, Fraxini, Sancti Eusebii, partium Pontis-Bellini, et Bertinarum et vallis Mayrane, et de cetero non esse molestandum nec inquietandum per dictum Theodorum, et quod dominus dictus Theodorus non inquietet nec molestet nec turbet prefatum dominum Thomam marchionem in possessione seu quasi predictorum castrorum, locorum et villarum et hominum. Item dicimus, pronuntiamus, laudamus, definimus, declaramus et arbitramus castrum et villam Saluciarum, castrum et villam Cardeti, Turrim Cornafame seu ius vassallaticum Turris Cornafame de citra Tanagrum, et castrum et terram Mulazani, castrum et villam Fariliani, castrum et villam Camayrane seu ius vassallaticum dicti castri et terre Camayrane de ultra Tanagrum esse in et de marchionatu Saluciarum et ad dominum Thomam predictum spectare et pertinere tamquam ad marchionem Saluciarum, et ipsa castra, terras et iura debere per ipsos dominos Manfredum et Theodorum relaxari, dimitti et restitui ipsi domino Thome cum eorum iurisdictione, seignoria, regimine et administratione, et de cetero non debere ipsos Manfredum et Theodorum vel alterum eorum molestare, turbare vel inquietare ipsum dominum Thomam in predictis terris et castris et iuribus vassaliticis nec in eorum iurisdictione, seignoria, regimine et administratione. Item dicimus, pronuntiamus, laudamus, definimus, declaramus et arbitramur omnes et singulas iniurias et offensiones reales et personales illatas et factas per dictas partes vel earum occasione sibi ad invicem ante pronuntiamentum factum per dominum Iohannem marchionem Montisferrati inter dictas partes esse remissa et remissas, et partes predictas et quamlibet earum ab ipsis liberamus et

absolvimus. Et item arbitramur, dicimus et pronuntiamus de penis contentis in compromissis factis per partes predictas seu eorum procuratores procuratorio nomine pro eis vel dictum Manfredum condam marchionem Saluciarum vel dominum Fredericum eius filium seu eorum procuratores procuratorio nomine pro eis vel alterum ex eis nomine aliorum in dominos Ioannem et Georgium de Saluciis, in dominum Philippum de Sabaudia principem Acaye, et in dominum Aymonem comitem Sabaudie et dominum Guillelmum de Biandrate. Item dicimus, pronuntiamus, laudamus, definimus et arbitramur dictum dominum Thomam marchionem seu Druetum Crivellum eius procuratorem procuratorio nomine pro eo et per ipsum Drudetum ipsum dominum Thomam marchionem esse absolvendum, et eum absolvimus a petitionibus datis et porrectis per predictos Manfredum et Theodorum sive per Henricum Pallonum eorum procuratorem vel quemlibet alium ipsorum procuratorem procuratorio nomine pro eis vel altero eorum et contentis in eis in eo, quod petitur et requiritur pronuntiari, res, castra et bona et iura et vassalitica in petitionibus predictis contenta spectare et pertinere ad dictum dominum Manfredum et Theodorum vel alterum eorum, et ipsum dominum Thomam condemnandum, cogendum et compellendum ad dimittendum predictis domino Manfredo et Theodoro vel alteri eorum ipsas res, castra, iura et bona in petitionibus contenta, et ad permittendum ipsos et quemlibet eorum pacifice possidere, ut in dictis petitionibus et qualibet earum continetur, et hoc quia videtur dictas res et bona et iura in eorum petitionibus et qualibet earum contenta spectare et pertinere iuri marchionatus et esse de iure marchionatus Saluciarum; in quantum vero appareretur in totum vel pro parte patrimonialia esse vel fuisse ipsius domini Manfredi marchionis condam Saluciarum, salvamus et reservamus utrique parti et cuilibet ex eis et cuilibet dictarum partium ius in eis vel aliquo et quolibet eorum sibi competens, si quod competit vigore testamenti dicti domini Manfredi marchionis condam Saluciarum vel donationum per eum factarum et contra ipsum testamentum vel donationes et quamlibet earum, si qua iura contra ipsum testamentum vel donationes vel

aliquam earum alicui partium competunt. Item dicimus, pronuntiamus, laudamus, diffinimus, declaramus et arbitramur atque iudicamus inter partes predictas et quamlibet dictarum partium et utramque partem esse absolvendam et eas et quamlibet earum absolvimus ab expensis in hac causa factis. Item dicimus, pronuntiamus, laudamus, diffinimus, declaramus et arbitramur atque iudicamus inter partes predictas et quamlibet dictarum partium bonam et veram pacem perpetuo duraturam, et quod dicte partes et quilibet dictarum partium vicissim cessent ab omnibus et singulis iniuriis et offensis tam realibus quam personalibus, et tam per se quam per submissas personas, faciendo hoc bona fide sine fraude. Que omnia et singula dicimus, pronuntiamus, laudamus, declaramus, diffinimus et arbitramur atque precipimus inviolabiliter fieri et observari per partes predictas et quamlibet earum partium et quemlibet dictarum partium sub pena in compromisso apposita in singulis capitulis presentis laudi et arbitrii seu arbitramenti, pronunciationis et declarationis et precepti, si contrafactum fuerit, committenda et exigenda toties quoties contrafactum fuerit, ratis nihilominus manentibus omnibus et singulis supradictis, salvo et reservato nobis arbitrio, potestate et baylia iterum pronuntiandi, laudandi, diffiniendi, declarandi et interpretandi, mutandi, reformandi et corrigendi, et tempus in compromisso appositum prorogandi, et omnia alia faciendi que nobis competunt et possumus facere vigore dicti compromissi in nos facti et contentorum in eo ubicumque et quandocumque nobis fuerit visum expedire semel et pluries et iterum pluries in qualibet parte contentorum in ista nostra pronuntiatione, laudamento, declaratione, arbitratione seu arbitramento et in compromisso predicto et in petitis per partes predictas et ad omnem nostram liberam voluntatem, mandantes mihi Cabriolo Monetario notario infrascripto quatenus de premissis ad eternam rei memoriam publica conficerem instrumenta, unum et plura, semel et pluries, ad consilium et dictamen unius et plurium peritorum, prout ad premissorum efficaciam melius fieri poterit et celebrari. Actum Mediolani super sala comestiva (1)

(1) Sala da mangiare.

nova prefati magnifici domini domini Luchini Vicecomitis situata super fontem in domibus eius porte Rome, parrochie sancti Ioannis ad fontes, presentibus protonotariis Puzillino de Sassolis, de Aritio filio condam domini Pagini habitatore Mediolani porte Ticinensis parrochie sancti Ambrosii in Sollayrolo et Richardo de Arena filio condam domini Petri de Padua habitatore Mediolani porte Rome parrochie sancti Ioannis . . . . . Iani et Hipolito de Arno filio condam domini Laufranchi porte Rome parrochie sancti Nazarii in brollio Mediolani, notariis et canzellariis prefati magnifici domini domini Luchini Vicecomitis; et pro testibus nobile et egregio milite domino Brnzio Vicecomite nato prefati magnifici domini domini Luchini Vicecomitis habitante in civitate Laude, et domino Folchino de Sechiziis filio condam domini Paxii de Cremona habitante in civitate Mediolani in porta horiente in parrochia sancte Marie ad Passarella et domino magistro Iacobo de Brossano phisico, filio condam domini Beltrami porte Rome parrochie sancti Ioannis ad concham et Franzio de Sancto Vitale filio condam domini Apollonii porte Rome parrochie sancte Eufemie et domino Cristofano de Figino filio condam domini Zonfredi collaterali prefati magnifici domini domini Luchini Vicecomitis civitatis Mediolani porte Rome parrochie sancti Ioannis ad fontes, omnibus Mediolani, testibus notis, idoneis, vocatis specialiterque rogatis. Et ego Cabriolus Monetarius imperiali auctoritate notarius publicus filius condam domini Mafei civitatis Mediolani porte Rome, parrochie sancti Ioannis Itbollani predictis omnibus interfui et rogatus tradidi et scripsi (1).

Ecco in vigor di questa sentenza restituito il marchese Tommaso nel pristino suo dominio, eccolo liberamente rientrare in possesso de' suoi stati, ed ecco pieni di gioia e di esultazione i buoni e fedeli Saluzzesi ricevere nuovamente, dopo la soffertane

(1) Da copia autentica estratta dagli archivi di Grenoble posseduta dal signor conte Saluzzo di Monesiglio.

privazione di cinque anni e mezzo, nel proprio seno il loro legittimo padrone. Non tutti però, come sempre avviene ne' politici rivolgimenti, a questo felice avvenimento poterono applaudire: coloro che parteggiarono per Manfredo e Teodoro, e che a danno della stessa loro patria avevano congiurato, non potevano certamente lusingarsi di buon accoglimento e di tranquillo e sicuro vivere; epperò, lasciato Saluzzo, altrove si rifuggirono. Così fecero i Braida che astretti furono di vendere i beni feudali che possedevano nel marchesato, così i Montemale, così i Palloni che si ritirarono a Fossano, così i Venasca che del loro feudo furono privati (1), così i de' Tricoli, alcuni degli Elioni e de' Laurenti, e altri di altre famiglie. Gli zii Manfredo e Teodoro presero il partito per allora di ritirarsi privatamente ne' feudi di loro patrimonio: continuarono tuttavia Manfredo ed i suoi figliuoli ad intitolarsi per molto tempo nelle loro scritture marchesi di Saluzzo, perchè sempre speravano di tali un giorno divenire.

Non sì tosto videsi Tommaso nel suo dominio rassodato, che sollecito a compiere que' doveri di vassallaggio, ai quali nella qualità appunto di marchese di Saluzzo era tenuto verso altri per certe terre del marchesato, constituì con instrumento del 9 dicembre in suo proccuratore Giovannino di Pagno de' visconti di Baldissero, il quale sebbene a questi tempi abitasse in Carmagnola era però nativo di Saluzzo, ed il medesimo inviò a Giovanni marchese di

(1) Monsig. Della Chiesa ne' suoi *Discorsi sopra le antiche famiglie di Saluzzo.*

Monferrato per fargli omaggio feudale per tre parti del castello e villa di Ceva, per Mombarcaro e Camerana, per la quarta parte di Cortemiglia, per Bubbio, Dogliani e metà di Marsaglia, e per Borgaro Cornalesio, terre tutte che, dipendenti dal dominio del marchese di Monferrato, venivano in feudo tenute dai marchesi di Saluzzo; e per ottenere anche investitura, secondochè per antica osservanza erasi dagli antecessori marchesi praticato, delle terre della valle di Stura. Compì la sua incumbenza quel proccuratore, e recatosi in Chivasso ottenne dal marchese Giovanni nel dì 17 dello stesso mese il ricercato diploma (1).

Dacchè per ottenere la propria liberazione era stato il marchese Tommaso astretto di rimettere in aprile dell'anno 1342 il luogo ed il castello di Dronero al regio siniscalco Beltrando del Balzo, il quale cosegnato indi aveva quella fortezza a mani de' Cuneesi, da questi la medesima a regio nome tuttora si riteneva. Premendo moltissimo al marchese nostro di ricuperarla, non curato il rigor del verno e la difficoltà delle strade, a tale impresa si accinse, e verso quel luogo avviatosi con sufficiente nerbo di truppe nel giorno 14 di questo mese di dicembre, al primo avvicinarvisi volontariamente a lui si diedero gli uomini del borgo: non così quelli del castello. Pose perciò a questo l'assedio, e talmente lo strinse che l'ebbe il 26 dello stesso mese, a patti però che salvi fossero i beni e le persone di quei che lo difendevano, i quali andarono dappoi a riunirsi

(1) Vedi nella cronaca di Benvenuto Sangiorgio alla pag. 148, in cui trovasi rapportato l'instrumento di cotesta investitura.

all' esercito regio che si trovava allora nell' Astigiana (1).

Per lo stesso motivo per cui dal marchese di Monferrato aveva Tommaso ricercato ed ottenuto investitura dei luoghi che da quello riconosceva in feudo, fu pur egli sollecito di altrettanto riportare da Amedeo conte di Savoia, al quale spedì i suoi ambasciatori. Ricevettero questi a nome del marchese, nel primo giorno di gennaio dell'anno 1347, l'investitura de' luoghi di Barge, Busca, Bernezzo e Scarnafiggi; del che venne scritto instrumento dal notaio Antonio Bezono (2). 1347.

Dopo ciò volendo il marchese Tommaso rimunerare la fedeltà di que' suoi sudditi che nelle difficilissime circostanze della passata guerra civile dato avevano prove di costante attaccamento alla di lui persona, fra questi predistinse i Saluzzesi, come si conosce per la piena concessione o conferma de' loro antichi privilegi accordata in seguito alle supplicazioni fattegli a nome del comune dai sapienti Bernabò Romagnano, Michele Perolerio, Antonio Romagnano, Giorgio Bernardi, Antonio Requizia, Andrea Maurini, Nicolino Vaineri, Manfredo Belen, Enrico Ravioli, Michele Viviano, Gioanni de Villa, Giacomo Vacca e Tommasino Grasso. L'atto che per quella concessione fu scritto nel dì 11 di maggio forma il più bello elogio della rara fedeltà de' Saluzzesi: eccolo nel suo intiero.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem Dni millesimo

(1) Cronica di Gioffredo Della Chiesa, pag. 162.

(2) *Recueil des actes etc.*, an. 1347. — *D. Octaviani Cacherani etc. respons.*, lib. 2, cons. XIX, num. 25.

trecentesimo quadragesimo septimo, indictione xv, die undecima mensis madii, Salutiis, in airali Belinxie filie quondam Petrini Iacobi, presentibus nobilibus viris Antonio de Falletis, Antonio de Verzolio, Franciscbino de Venasca, Bonifacio de Cissouo, Vieto Pagano et Gilberto de Gossano, testibus ad hec vocatis et rogatis. Quamvis generaliter cunctos nostros homines ac fideles uostros marcbionatus Salutiarum pura mentis affectione complectimus, vos tamen affectuose tenemur specialius pre ceteris nostris cogitationibus et dilectionibus prefovere ad vestre terre commoda inter alias nostras terras nostri marcbionatus, prerogativa quadam multipliciter nos invitante, inducimur siquidem ex antiquo fidei vestre, quam nec vetustas temporis antiquata, nec annorum spatia ullo fastigio conflixerunt, sed quanto plus in tempore labitur, tanto plus referventior reperitur ex pure vestre devotionis constantia, que nec vicinorum interdum exemplo submota, nec persecutionibus bostilibus stupefacta, temperanter serena semper extitit in fide. Igitur ill.is et magnificus et excelsus d. d. Thomas marcbio Salutiar., attentis predictis ac considerato zelo perfecte dilectionis, quam homines, universitas et commune Salutiar., homines eiusdem domini marcbionis hactenus erga ipsum et eius predecessores fidelissime peregerunt, volens suorum maiorum vestigia imitari, ac ipsos de beneficiis et servitiis ipsi illatis remunerari ut in ipsis ferventius perseverent, inclinatus supplicationibus ac requisitionibus reverentissime factis per sapientes viros Barnabonem de Romagnano, Micbaelem Perolerium, Antonium de Romagnano, Georgium Bernardum, Antonium Rechiciam, Andream Maurinum, Nicolinum Vaynerium, Manfredum Belen, Henricum Ravioli, Michaelem Vivianum, Ioannem de Villa, Iacobum Vaccam et Tomaxinum Grassum ambasciatores communis Salutiar., supplicantes et requirentes ipsi prefato d. marchioni nomine et vice dicti communis Salutiar. de ipsius plenitudine potestatis concedi, ac etiam suo proprio motu et ex certa scientia et ex mera, pura et spontanea voluntate per se suosque heredes et successores absque lege aliqua revocandi, omni via, iure, modo, quibus melius potest, promisit et concessit predictis ambasciatoribus nomine et vice predicti communis ac mihi

notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice dicti communis et omnium et singulorum quorum interest et interesse posset se se et eius heredes et successores perpetuo et omni tempore homines et commune Salutiar. manutenere et conservare in ipsorum franchisiis hactenus sibi concessis per quondam marchiones Salutiar., et iuribus, consuetudinibus antiquis hactenus per ipsos habitis et existentibus in loco Salutiar., ipsasque franchisias de novo et bonas consuetudines approbat, ratificat et confirmat et de novo concedit, quas valere vult per inde ac si de ipsis franchisiis et consuetudinibus de verbo ad verbum esset facta mentio specialis. Item prefatus d. marchio ex sua mera et spontanea voluntate predictos ambasciatores stipulantes et recipientes nomine et vice dicti communis et universitatis Salutiar. et me notarium infrascriptum stipulantem et recipientem, ut supra, per se et eius heredes liberavit et absolvit; et pro liberatis et absolutis haberi voluit et precepit commune Salutiar. a militia, in qua quondam bone memorie ill.is et magnificus d. Fredericus de Salutiis genitor prefati d. marchionis asserebat commune Salutiar. sibi obligatum esse ad sibi dictam militiam faciendam, ita quod ipsum commune Salutiar. de cetero ipsi d. marchioni et eius successoribus facere non teneatur. Item ex certa scientia prefatus d. marchio sciens commune et homines Salutiar. venditionem fecisse d. Manfredo de Salutiis de nemore Cardeti, quod est communis Salutiarum, ac etiam d. Manfredum fecisse et fieri fecisse quandam bealeriam per dictum nemus, predictam venditionem et omnia et singula facta, data et concessa per prefatum commune et homines Salutiar. ipsi d. Manfredo cassavit, irritavit et annullavit, et ipsum commune et homines Salutiar. ab omnibus et singulis permissis ipsi d. Manfredo dicte venditionis occasione quitavit, absolvit et liberavit, ac etiam voluit et de ipsius libera voluntate processit predictam bealeriam esse et esse debere invalidam, et quod commune Salutiar. ad ipsius liberam voluntatem ipsam bealeriam possit et valeat removere de dicto nemore et ipsam reducere et reduci facere in flumen Padi; ac etiam promisit unquam nec aliquo tempore per se nec per alium aliquo modo, ingenio vel colore de dicto nemore aliquid in

totum vel in partem quoquo modo emere vel acquirere a dicto communi vel ab aliqua alia singulari persona. Item prefatus d. marchio considerans commune Salutiar. esse gravibus oneribus aggravatum, ita quod non posset onera ipsi incumbentia supportare, de plenitudine potestatis dedit et concessit mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti ut supra liberum arbitrium et bayliam faciendi, constituendi, ordinandi et exigendi gabellas in loco Salutiar. et posse (1) ad ipsius communis liberam voluntatem usque ad viginti annos proxime venturos, remittens ipsi communi ex certa scientia usque ad dictum tempus partem sibi contingentem in dictis gabellis. Item prefatus dnus marchio ex certa scientia liberavit, quitavit et absolvit me notarium infrasrciptum stipulantem et recipientem nomine et vice dicti communis et hominum Salutiar, usque ad decem annos proxime venturos ab omnibus exercitibus et cavalcatis fiendis de precepto ipsius d. marchionis, ita quod ipsum commune et homines Salutiar. per ipsum d. marchionem ad ipsos exercitus et cavalcatas ire compelli non possint ac ire non teneantur, nisi dictus d. marchio in ipso excreitu vel cavalcata presentialiter interesset. Item prefatus d. marchio liberavit, quitavit et absolvit omnes et singulos homines et personas Salutiar. et ibi habitantes ab omnibus et singulis bannis et condemnationibus in quibus ipsi hactenus incurrissent realibus et personalibus qualibet occasione vel causa. Item prefatus d. marchio promisit et convenit mihi notario stipulanti ut supra, se se nec eius heredes nec successores ponere vel confirmare aliquem potestatem vel clavarium Salutiar., in dictarum potestarie et clavarie officio, qui fuerit de duobus in duobus annis. Item promisit et convenit prefatus d. marchio per se et eius heredes et successores mihi notario stipulanti, ut supra, in perpetuum se se nec eius heredes vel successores sub aliquo vitio, ingenio vel colore in Salutiis et posse acquirere vel acquiri facere aliquas possessiones, silvis, batenderiis et molendinis exceptatis. Item promisit et convenit prefatus d. marchio mihi notario stipulanti ut supra per se se

(1) Cioè distretto, territorio.

nec per allos ipsius d. marchionis bestias grossas vel minutas non facere nec permittere pascere in vineis Salutiarum a via Mante superius, excepta vinea Richepancie (1) ipsius d. marchionis, et a via Pagni superius, et quod ipse nec eius heredes unquam dabunt vel concedent alicui, qui non sit de Salutiis vel ibi habitanti, licentiam ducendi et pascendi et pascere permittendi aliquas bestias in dicto monte a dictis viis superius. Item prefatus d. marchio ex certa scientia dedit et concessit mihi notario stipulanti et recipienti ut supra, quod si quo casu vel tempore contingerit prefatum d. marchionem guerram habere cum aliquo domino vel barone vel alia persona, loco vel universitate, quod eo casu commune Salutiar. possit facere provisionem ubi magis ei videbitur, ita quod omne lucrum, quod exinde percipietur, sit et in utilitatem ipsius communis convertatur, ita quod aliqua alia persona in Salutiis provisionem aliquam habere, facere vel retinere non possit. Item prefatus d. marchio de plenitudine potestatis et ex certa scientia revocavit, cassavit, irritavit et annullavit omnes et singulas donationes per ipsum factas de rebus et possessionibus hominum Salutiar. alicui persone vel personis, et ipsas donationes pro cassis, irritis et annullatis totaliter habere voluit et precepit, promittens se ita et taliter facere et curare, quod aliqua persona in quam dictus d. marchio donationem aliquam fecisset in totum vel in partem dicta donatione non utetur: et predicta omnia et singula predictus d. marchio dedit et concessit, donavit, quitavit, liberavit et absolvit, irritavit et annullavit, et omnia alia suprascripta per se se et eius heredes ratificavit, approbavit et de novo concessit et attendere et observare promisit predictis ambasciatoribus nomine et vice predicti communis Salutiar. et omnium aliorum quorum interest, intererit et interesse posset, sub obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum. Renuncians prefatus d. marchio sponte et ex certa scientia exceptioni doli mali in factum, fori privilegio et rei non sic geste, contractus non sic habiti et celebrati, sive ex iniusta causa

(1) Regione sui colli di Saluzzo che si chiama tuttora Riccapanza.

et omnium et singulorum non sic habitorum, factorum et gestorum, et quod nunquam per se et suos heredes possit dicere vel proponere se fore dolo, metu vel aliqua machinatione inductum vel circumventum pro predictis omnibus et singulis promittendis et attendendis, et generaliter omni alii iuri generali et speciali et legum auxilio, quibus contra predicta vel aliquod predictorum de iure vel de facto facere vel venire posset, et quod si de premissis oporteret mentionem fieri specialem; et iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia, tactis scripturis, attendere et observare et nullo tempore contrafacere vel venire; et de predictis preceptum fuit mihi notario infrascripto fieri unum et plura publica instrumenta et facta refici ad consilium, dictamen et meliorationem unius vel plurium sapientum, toties quoties opus fuerit. Et ego Nicolotus Canaverius imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui rogatus, et hanc cartam scripsi (1).

Ecco in forza di queste nuove franchigie confermata ai Saluzzesi, per soli dieci anni però, la liberazione già loro accordata dal marchese Manfredo IV dal fornire quella milizia, che consisteva in prima in cinque cavalli e cinque ronzini, e che venne in seguito d'alquanto aumentata, come già potemmo vedere per una inedita carta da noi in queste memorie pubblicata (2).

Annullata poi volle il marchese Tommaso la vendita che il comune fatto aveva allo zio Manfredo del bosco di Cardè: questa porzione di bosco si era quella che trovavasi al di qua del Po, e come che assai convenisse a Manfredo per lo accrescimento del territorio di Cardè, prevalendosi egli dell'occasione che dominava in Saluzzo, obbligato aveva il comune a fargliene vendita. Ma ravvisando il marchese Tommaso il pregiudizio gravissimo che al

(1) Dagli archivi della città.
(2) Pag. 149. Vedasi anche a pag. 159 del presente volume.

comune indi ne derivava, circoscritta decretò quella forzata alienazione; onde, ritornata così in dominio del comune questa selva, veggiamo poi che dal consiglio date furono parecchie provvidenze a conservazione della medesima, come ce ne attestano i più vecchi nostri statuti in cui si comprendono a quest' oggetto molti provvidi ordinamenti, de' quali qui diamo il solo titolo; cioè alla collezione ossia libro settimo, cap. 259. *Quod potestas et clavarius maleficiorum teneantur ire ad nemus Saluciarum quolibet mense.* Cap. 260. *Quod potestas nec homines de consilio possint dare licentiam extraneis incidendi in nemore Saluciar.* Cap. 261. *De extraneis repertis incidentibus in nemore Saluciar., et bestiis extraneis repertis ibidem pasturantibus.* Cap. 262. *De non ponendo ignem in nemore Saluciar.* Cap. 263. *Quod aliquis de Saluciis non possit incidere pro aliquo forense in nemore Saluciar.* Cap. 264. *Quod nullus possit nec debeat arroncare in nemore Saluciar.* Cap. 265. *De arboribus viridis non incidendis in nemore Saluciar. causa faciendi carbonem.* Cap 267. *De non pellando cassenas seu excoreando in nemore Saluciar.* Cap. 268. *De non scalvando* (1) *cassenas in nemore Saluciar.* Cap. 269. *De non incidendo cassenas causa faciendi ligna vel legnamina.* Cap. 270. *De non incidendo aliud quam cassenas in nemore planiciei communis Saluciar.* Cap. 271. *De non pasturando glandes in nemore communis Saluciarum.*

(1) *Scalvé* dicono ancora i nostri contadini lo sfrondar gli alberi ed il troncare i lussureggianti rami, quasi far calvi gli alberi. — *L' editore.*

Al comune di Saluzzo già aveva conceduto il marchese Manfredo IV coll'instrumento del 1 dicembre 1324 di poter imporre gabelle, colla condizione però di perceverne la terza parte: ma avendo riguardo il marchese Tommaso ai soverchi pesi che dopo le sofferte vicende aggravavano il comune, della stessa porzione a lui spettante su quelle volle privarsi in pro del medesimo, lasciandogliene l'assoluta ed intiera esazione per anni venti in avvenire.

Perchè cosa non vantaggiosa credevasi in quel tempo che per più anni consecutivi stesse in officio il podestà ed il clavario, si obbligò il marchese a non nominare o confermare le stesse persone, se non passati due anni dalla scadenza dell'esercito impiego.

Tali provvedimenti dava il marchese Tommaso per l'utilità de' Saluzzesi, ed a loro proccurare ogni sorta di alleviamento disponevasi, quando, non appena ristabilito nel pacifico possesso de' suoi stati, altri ostacoli si frapposero alla sua quiete. Per la morte avanti accennata di Andrea marito della regina Giovanna, e pe' guai interni e per le guerre che vennero appresso, cadde il regno di Napoli in gran disordine e confusione, e poco perciò si potè pensare alle suddite città del Piemonte, le quali disgustate altronde di quel governo, volentieri passavano sotto l'obbedienza di altri signori. Questa propizia occasione volle anche afferrare Amedeo VI conte di Savoia, affine non tanto di ricuperare quelle terre del Piemonte che già i suoi antecessori possedevano, ma anche per altre acquistarne e per ingrandirsi prima de' suoi vicini; epperciò, passati in quest'anno i monti con una potente armata, ed unitosi a Giacomo

principe d'Acaia, s'impadronì facilmente di Chieri, Cherasco, Mondovì, Savigliano e Cuneo. Bastarono questi felici progressi per determinare Manfredo signor di Cardè a passare alla corte del conte, ond' è che quando questi confermò nel mese di agosto agli abitanti di Cherasco le loro franchigie e privilegi, troviamo che ad un tal atto, fra gli altri, fu presente il detto Manfredo, il quale s'intitola marchese di Saluzzo (1).

Dei rapidi acquisti fatti dal conte di Savoia ingelositosi Luchino Visconte, il quale pure ambiva di ampliare il proprio stato, risolvè di muovergli guerra; e per tal oggetto ricercò l'unione del nostro marchese Tommaso, il quale in armi appunto anche trovavasi, onde ricuperare il luogo di Busca, impresa che facilmente gli riescì nel primo giorno di luglio, nel quale gli si sottomisero gli uomini di quella terra e prestarongli giuramento di fedeltà (2).

Non solamente l'alleanza del marchese di Saluzzo era stata dal signor di Milano ricercata, ma quella ancora di Umberto Delfino di Vienna e di Giovanni

(1) Francesco Voerzio nella sua storia di Cherasco, cap. 66. — Anche marchese di Saluzzo vediamo che s'intitola Manfredo di Cardè nell'atto del 26 giugno 1347 di dedizione degli uomini di Mondovì al conte Amedeo VI di Savoia ed al principe Giacomo d'Acaia. Manfredo in questa occasione fu sicurtà del conte e del principe verso gli abitanti di Mondovì per alcune particolari loro convenzioni: *Quod ipse d. Ludovicus de Sabaudia nomine d. d. comitis et principis, pro quibus de rato promittit sub obligatione omnium suorum bonorum, et eius precibus solemniter intercedit magnificus vir d. Manfredus* marchio Salutiarum *sub hypotheca rerum suarum* ecc. (Grassi di S. Cristina, *Della chiesa Monregalese*, tom. II, pag. 136). Da ciò si scorge che trovavasi Manfredo a quell'epoca in istretta amicizia co' principi Sabaudi. — *L'edit.*

(2) Cronaca di Gioffredo Della Chiesa alla pag. 165.

marchese di Monferrato, onde, caduti tutti questi potentati d'accordo, conchiusero nel dì 16 di agosto il seguente trattato di confederazione a comune difesa.

In nomine Domini. Anno nativitatis eiusdem MCCCXLVII, indictione XV, die iovis XVI mensis augusti, in loco et presentibus testibus infrascriptis, ibique princeps illustris dom. dom. Humbertus Dalphinus Vienn. pro se et suo proprio nomine et pro omnibus civitatibus, castris, locis, terris, burgis, villis suo dominio et iurisdictioni suppositis; et reverendissimus et magnificus d. d. Iohannes Dei gratia s. Medulanensis ecclesie archiepisc. et Luquinus fratres Vice-comites Medulani, et etiam domini generales, pro se et suis propriis nominibus et pro omnibus civitatibus, castris, locis, terris, burgis et villis eorum dominio et iurisdictioni suppositis; et illustris d. d. marchio Montisferrati pro se et pro *d. Thoma marchione Saluciarum*, qui promisit ipsum d. Thomam ratificaturum et approbaturum presentem contractum infra unum mensem, et si nollet ratificare et approbare presentem contractum infra dictum terminum, quod a presenti liga et unione insertis in presenti contractu sit in totum exclusus, remanentibus tamen firmis omnibus et singulis in presenti contractu insertis in totum et in qualibet parte sui inter alios superius nominatos, pro se et suis propriis nominibus fecerunt et faciunt ad invicem fraternitatem, ligam et unionem perpetuo duraturam, tali modo et forma videlicet: Quod ipse dom. Dalphinus toto suo posse adiuvabit et manutenebit predict. dom. Medulani et etiam pref. dom. marchiones Montisferrati et *Saluciarum* in eorum statu in quo sunt ad presens et in eorum omnibus iurisdictionibus, honoribus, districtibus, tenutis et possessionibus, quos et quas hodie tenent et possident vel quasi, seu eorum nomine tenentur et possidentur vel quasi, et ubique locorum et in futurum acquirent, tenebunt et possidebunt citra montes, contra quascumque personas cuiuscumque status et preheminentie, dignitatis et conditionis existant, et etiam contra quecumque communia, collegia et universitates que quacumque de causa vellent offendere pref. dominos Medulani

et dictos dom. marchiones Montisferrati et Saluciarum, salvo contra dnum nostrum papam et imperatorem, contra quos de predictis nihil intelligatur esse factum vel fieri; nihilominus tamen pref. dom. Dalphinus offert se paratum, quotiens necesse fuerit, honorem et statum dicti dom. Medulani et dict. dom. marchionum apud dom. papam et imperatorem conservare, exaltare et procurare, et semper ipsorum dominorum Medulani et dictorum marchionum servitio et honori interponere partes suas. Item promittit pref. dom. Dalphinus supradictis dominis, quod quotiescumque per eos fuerit requisitus vel eorum aliquem eisdem dominis servire de suis gentibus quocumque et ubicumque prefati dom. vel aliquis eorum vellent, quod sue gentes equitarent, salvo contra dominos reges Francie, Hungarie et Sicilie, contra quos dictus dom. Dalphinus non teneatur dare gentes suas ipsis dom. Medulani, nec dictis marchionibus; sed si dicti reges vel alter eorum vellent aliquo modo per se vel interpositas personas offendere dictos dom. Medulani, seu dictos marchiones, seu aliquem eorum citra montes, tunc dictus Dalphinus teneatur et debeat dare gentes suas ipsis dom. Medulani seu dictis marchionibus et eos defendere et adiuvare toto suo posse, ut supra in proximo capitulo continetur. Item si dom. Medulani et marchiones vel alter eorum vellent offendere dom. comitem Sabaudie vel principem Acaye vel dampnificare in eorum terris et iurisdictionibus antiquis citra montes, quod dict. dom. Dalphinus non teneatur dare gentes suas pref. dom. Medulani, nec predictis marchionibus nec alicui eorum contra prefatum dom. comitem et principem, nec ipsi comiti et principi contra dictos dom. Medulani et marchiones supradictos, salvo quod si predictus dom. princeps nollet acquiescere et stare dispositioni et ordinationi dicti Dalphini super terris et iuribus quas et que dict. dom. princeps nunc tenet a magnifico viro d. d. Luquino dom. Medulani et a dictis dom. marchionibus Montisferrati et *Saluciarum*, tunc dictus dom. Dalphinus teneatur dare gentes suas prefato dom. Luquino et pref. marchionibus pro recuperatione terrarum et iurium predictorum.

Item versa vice dom. Medulani et dom. marchio Montisferrati

nomine suo et nomine dom. marchionis *Saluciarum* toto suo posse adiuvabunt et manutenebunt pref. dom. Dalphinum in eo statu in quo est ad presens, et in omnibus eius inrisdictionibus, honoribus, districtibus, tenutis et possessionibus, quos et quas hodie tenet et possidet vel quasi, seu eius nomine tenentur et possidentur vel quasi ubicumque locorum et in futurum acquiret, tenebit et possidebit vel quasi ultra montes, contra quascumque personas cuinscumque status, preheminentie, dignitatis et conditionis existant, et etiam contra quecumque communia, collegia et universitates, que quacumque de causa vellent quoquo modo offendere pref. dom. Dalphinum, salvo contra dom. nostrum papam et imperatorem, contra quos de predictis nihil intelligatur esse factum vel fieri: nihilominus tamen pref. domini nomine suo et quo supra offerunt se paratos, quotiens necesse fuerit, honorem et statum dicti domini Dalphini apud dom. nostrum papam et imperatorem conservare, exaltare et procurare et semper in ipsius dom. Dalphini servitio et honore interponere partes suas. Item promittunt quod, quotiescumque fuerint requisiti, eidem dom. Dalphino servire teneantur de suis gentibus quocumque et ubicumque pref. dom. Dalphinus vellet quod sue gentes equitarent, salvo contra colligatos ipsorum dom. Medulani, qui sunt domini Ferrarie, Padue, Verone, Mantue et Bononie, contra quos dicti dom. Medulani et dicti marchiones non teneantur dare gentes suas ipsi dom. Dalphino, sed si dicti dom. colligati vel alter eorum vellent aliquo modo per se vel per interpositas personas offendere dict. dom. Dalphinum ultra montes, tunc dicti dom. Medulani et dicti marchiones teneantur et debeant dare gentes suas ipsi dom. Dalphino et eum defendere et adiuvare toto suo posse, ut supra in primo capitulo continetur.

Que omnia predicta et singula in totum et in qualibet parte sui prefati omnes domini superius nominati, nominibus suis et quibus supra, promiserunt sibi ad invicem et unus alteri et alter alteri attendere et observare.

Acta fuerunt hec Medulani in palatio, in domibus habitationum pref. dom. in aula sive cama crota, que est supra

